



2/c

~~YH.R. 7700~~

11972 81









Digitized by the Internet Archive  
in 2017 with funding from  
Wellcome Library

[https://archive.org/details/b2877405x\\_0002](https://archive.org/details/b2877405x_0002)

# ANNALES TYPOGRAPHICI

AB ARTIS INVENTAE ORIGINE

AD ANNUM MD

POST

MAITTAIRII DENISII

ALIORVMQVE DOCTISSIMORVM VIRORVM CVRAS  
IN ORDINEM REDACTI EMENDATI ET AVCTI



OPERA

GEORGII VVOLFGANGI PANZER

CAPITVLI ECCLES. CATHEDRAL. AD D. SEBALD. NORIMBERG.  
PRAEPOSITI SOCIETATIS FLORIGERAE AD PEGNESVM  
PRAESIDIS.

---

VOLV MEN SEC V ND V M.

---

NORIMBERGAE

IMPENSIS JOANNIS EBERHARDI ZEH, BIBLIOPOLAE  
MDCCXCIV.

~~YH R AAA~~





---

L. B. S.

**O**peris, quod adgressus sum, ratione iam in prooemio Voluminis primi satis, ut puto, superque exposita, eaque uiris, in hoc genere litterarum peritissimis, mihiq̄ amicissimis, tam publice, quam privatim probata, non est, quod Te in limine Voluminis, quod Tibi nunc exhibeo, secundi, multis detineam. Viam enim quam ingressus sum, strenue, et qua fieri potuit circumspectione sollicitudineque, in hoc quoque Volumine profecutum me esse, quilibet aequus rerum aestimator facile perspiciet. Id nimirum mihi semper curae cordique fuit, et in posterum etiam erit, ne quid, quod in annalibus seculi typographici primi iure desiderari potest, in hoc opere meo, mea quidem culpa, desit. Attamen vix ac ne vix quidem fieri posse, ut unius viri quamvis indefessa cura, ita omnia exhauriantur, ut opus eiusmodi ex omni parte perfectum dici queat, probe intelligo. Multa enim ad primordia artis huius, omnium consensu praeclarissimae, spectantia, adhuc latere, experientia, eaque nouissima, ita edoctus sum, ut iam plura non contemnenda, quae dum in opere conficiendo occupatus essem me plane fugiebant, Volumini primo,

mo, quin etiam huic secundo addere possem. At servanda esse omnia, tam addenda, quam emendanda, corrigendaque ad Supplementum in calce operis adiciendum, non sine ratione censeo, praesertim cum plura adhuc additamenta, tam publice quam privatim ab amicis et fautoribus promissa, doctissimorum horum virorum et amicitia et benevolentia sperare me iubeat; quam quidem spem iucundissimam ut, quam primum fieri poterit, impleant, enixe rogo.

Aliorum quoque virorum supplementa, si nomen hoc merentur, non spernam, cum me illum esse libentissime profitear, qui doceri, quam docere mavult. Scribebam Norimbergae die XVI. mensis Martii  
MDCCXCIV.

---

---

LXXXVI. M A D R I T I.

---

MCCCCXCIX.

I. **L**EYAS hechas por el Rey FERNANDO y la Reyna Dona YSABEL pro la Brevedad y Orden de los Pleytos, fechas en la Villa de Madrid: y estampadas en el Anno M.CCCC.XCIX. fol.

*Maitt. p. 704. ex Cat. Bibl. Hohendorf. p. 149. March. hist. p. 92. Affert quidem Maitt. p. 587. ex Caille p. 52. Concilium Illiberitanum Matrivi 1494. fol. impressum; At potius ad finem seculi XVI. referendum esse hunc librum iam monuit Marchand l. c. p. 92. cf. Catalog. Bibl. Tellier p. 148. ubi: De confirmando Concilio Illiberitano ad Clem. VIII. Ferdin. de Mendoza Libri III. Madrivi 1594. fol. excitantur.*

---

LXXXVII. M A G D E B U R G I.

---

MCCCCLXXXIII.

I. OFFICIUM MISSE, impress. in inclita Civitate Magdeburg. per Albertum Ravenstein et Joachim Westval. MCCCCLXXXIII. 4.

*Maitt. p. 778. March. Hist. p. 78. Becmanni Catalog. Bibl. Francof. p. 199. Extat etiam exemplum in Biblioth. Goetting.*

\* 2. TRACTATUS DE SEPTEM SACRAMENTIS. Praecedit tabula cum inscriptione: Incipit registrum siue tabula de septem sacramentis scd'm ordinem foliorum. foll. 3. Fol. 4. Incipit tractatus vtilissimus de septem sacramentis impressum in inclita ciuitate Magdeburgensi per Albertum rauenstein et Joachim westual Anno domini. M.CCCC.LXXXIII. decima quinta die Nouembris. Char. goth. sine cust. 3 pagg. num. cum sign. a - e. lin. 33. 4.

*Extat in Biblioth. Cl. Lengnich. Dantisci.*

\* 3. TRACTATUS VTISSIMUS DE MODO OBSERVANDI INTERDICTVM. In fine: Explicit libellus de interdicto servando editus per JOHANNEM ANDREAM decretorum doctorem. Impressum in inslita ciuitate Magdeburgensi per Magistrum Albertum rauenstein et Joachim westual - 1483. in vigilia Barbare uirginis. 4.

*Catalog. Biblioth. Roloff. II. p. 225. Bibl. Goetting.*

\* 4. TRACTATUS BREVIS ET UTILIS PRO INFIRMIS VISITANDIS et confessionem eorum audiendis. Magdeburgi 1483. foll. 6. 4.

*Catal. Bibl. Roloff. II. p. 225. Bibl. Goetting.*

\* 5. INDVLGENCIE quibus sancta ecclesia metropolitana magdeburgensis per Romanos pontifices est dotata et summa corporum et particularum reliquiarum. Incipit feliciter. foll. 6. 4.

*Catal. Bibl. Roloff. II. p. 225. ubi adhaeret duobus antecedentibus libellis; itaque verisimiliter ibidem perque eosdem typograph. impressum est hoc opusculum.*

## MAGDEBURGI.

MCCCCLXXXVI.

\* 6. MISSALE secundum morem ecclesiarum Magdeburgensis, Halberstadenſis et Brandenburgensis. *Magdeburgi per Simonem Koch 1486. fol. Meusel. Magaz. II. p. 165.*

MCCCCLXXXVIII.

7. Probleumata ARESTOTILIS. *Haec in fronte litter. missalib. fol. 1. a. Fol. 2. a. Incipiunt Probleumata Arestotilis. In fine fol. 38. b. Finiunt Probleumata Arestotilis. Et sic est finis sit laus et gloria trinis. Impressum Magdeborch Anno domini M.CCCC. LXXXVIII. Finitum in vigilia Jobannis ante portam latinam. Char. goth. sine cust. 3 pagg. num. cum sign. 4.*

*Denis Suppl. p. 239. Collectio nostra. Fabric. Bibl. Graec. Harles. Vol. III. p. 313. ex Bibl. Erlangens.*

MCCCXCIII.

8. Tractatus brevis omni statui christiane religionis perutilis SANCTI VINCENCII doctoris eximii ordinis fratrum predicatorum de interiori homine informativus. *Haec in fronte fol. 1. a. Fol. 2. a. Compilatio sancti Vincencii doctoris eximii ordinis pdicatorum noviter anno dni. M.CCCCLV. cathalogo sanctorum ascripti De vita et instructione pie in christo vivere volentibus. In fine fol. 20. b: Explicit tractatus de vita et instructione - Uenerabilis - sancti Vincencii - Impressum Magdeborch arte Mauricii brandis Anno dni M.CCCC.XCIII. cathalogo sctorum prm ascripti. Char. goth. cum sign. 4.*

*Maitt. p. 568. Bibl. P. Nor. Meusel. Magaz. II. p. 169.*

\* 9. Opus cunctis et dominis et presbiteris cuiusuis diocesis famulare in presidium insigne et preclarum (continens PRECES et MISSAS in singulas dominicas et dies festos) *Magdeborch, arte et ingenio Mauricii Brandis. Anno immaculate virginis Marie post partum 1493. fol.*

*Ex Catal. libror. Hamb. 1793. auctionis lege dividend. p. 52. n. 644.*

MCCCXCVC.

\* 10. Vocabularius optimus, GEMMA dictus (Lexicon germanico - latinum) *Magdeborch. 1495. 4.*

*Catal. Bibl. von der Hardt. p. 58.*

MCCCXCVCII.

\* 11. Vocabularius optimus GEMMA vocabulorum merito dictus, quia duobus milibus optimorum vocabulorum maior est priori gemmula. latine teutoniceque impress. *Magdeborch per Mauritium Brandis. M.CCCC.XCVCII. 4.*

*Bibl. Goetting.*

\* 12. AGENDA. *In fine ante Registrum: Impressum Magdeborch per Mauritium Brandis Anno Domini MCCCXCVCII. 4.*

*Koenigii Biblioth. Agendor. p. 33.*

SINE NOTA ANNI.

\* 13. Expositio salutaris cum Meditationibus deuotissimis super psalmo. Miserere. fundati Theologi Fratris HIERONIMI DE FERRARIA Ordinis predicatorum ab eodem in vltimis

ultimis sue vite terminis edita cuilibet xpiano ad cordis compunctionem ac anime salutem admodum proficua. *Haec in fronte fol. 1. a. Fol. 2. a. col. 1. Incipit expositio &c. In fine fol. 12. a. col. 2: Explicit Expositio ac Meditacio in psalmo Miserere fratris Hieronimi d'Ferraria ordinis predicatorum. Impressum Magdeburg. Char. gotb. min. cum sign. col. 2. 4.*

*Collect. nostra.*

LXXXVIII. M A N T V A E.

MCCCCLXXII.

1. *Il DECAMERONE di M. GIOVANNI BOCCACCIO. Praeit index material. decem dierum, qui sic incipit: PRIMA (Q) Viui icominicia la pria giornata &c. foll. 7. Fol. 8. ipsum incipit opus. In fine fol. 263. b. Jo. Bocacii poetae lepidiss. decameron: opus facetum: Mantuae impressum: Cum eius florentiss. urbis principatum foeliciss. ageret diuus Lodouicus gonzaga secundus. Anno ab origine christiana. M.CCCC.LXXII. Petrus adam de michaelibus eiusdem urbis Ciuis imprimendi auctor. Char. rom. nitid. sine sign. cust. pagg. num. lin. 41. fol.*

*Editio secunda, rarissima. Maitt. p. 320. Capp. p. 66. Volta Saggio sulla tipographia Mantouana p. 8. Bibl. P. Nor. Primus ergo hic Petrus Adam Mantuae typographus fuit.*

2. *Traclatus Maleficiorum. D. ANGELI DE GAMBILIONIBVS DE ARETIO Juris Utriusque Doctoris Excellentissimi Cum Omnibus Additionibus Novissime Per Ipsum Factis, Post Compilationem Huius Aurei Ac Preciosissimi Operis. Haec in fronte fol. 1. a. litter. quadratis lin. 10. Sequitur breue Prooemium auctoris. In fine:*

*Petrus adam mantus opus hoc impressit in vrbe  
Illic nullus eo scripserat ere prius.*

M.CCCC.LXXII.

*Petrum hunc Adam, non alium esse, quam Petrum Adamum de Michaelibus, qui antecedentem librum impressit, certo certius est. Eod. char. enim rom. et hic liber excusus est, quo praecedens. Sine sign. cust. et pagg. num. col. 2. foll. 109. fol. mai.*

*Bibl. P. Nor. Denis Suppl. p. 11. Crevenna VI. p. 28. Catal. Bibl. Schwarz. II. p. 91. Volta l. c. p. 10. de Murr memorab. P. I. p. 296. ubi Romae - male quidem!*

3. *DANTIS ALIGERII Poete Florentini Capitula, italice. In fronte fol. 1. a. DANTIS ALIGERII POETE FLORENTINI INFERNI CAPITVLVM PRIMVM INCIPIT. In fine litter. quadratis: M.CCCCLXXII. Magister Georgius Et Magister Paulus Teutonici Hoc Opus Mantue Impresserunt Adiuuante Columbino Veronensi. Char. lat. col. 2. fol. mai.*

*Editio princeps secunda. Maitt. p. 316. Volta l. c. p. 12. de la Vall. II. p. 489. Gaign. I. p. 490. Columbinum, tunc temporis, Magistrum publicum (Maestro pubblico) Mantuae fuisse, testis est Volta l. c.*

4. *Conciliator Differentiarum Philosophorum Et Precipue Medicorum Clarissimi Viri PETRI DE ABANO PATAVINI. Haec in fronte litter. quadratis. In fine litter. quadratis: Laus Deo. Amen. Finit Conciliator. Ludovicus Carmelita Primus Hoc Opus Ere*

*Imprimi Jussit Mantue Per Thomam Septem Castrensem De civitate Hermannii et Johannem Wurster De Campidona Socios. Anno Verbi Incarnati. M.CCCC.LXXII. fol.*

*Editio originalis (Veneta anni 1471. ap. Maitt. p. 309. fabula est.) Maitt. p. 319. Volta p. 15. Engel I. p. 1. Gaign. I. p. 302. Laire Ind. I. p. 257. Bibl. Heidegg. Saxius (Prolegomen. ad Argelati Biblioth. Scriptor. Mediolanens. p. XCIX.) hunc Johannem Wurster de Campidonia Mediolanensibus typographis ascenset; at erravit vir bonus. Nunquam enim Mediolani, Mantuae potius primum, et postea Mutinae libris imprimendis operam dedisse hunc Johannem Wursterum constat.*

\* 5. PETRI DE ABBANO tractatus de venenis. *In fine: Deo gratias. Mantuae hoc philosophorum decus illustrissimo principe et domino: domino Ludovicho de Gonzaga Marchione ibidem feliciter regnante impressum annis verbi incarnati M.CCCC.LXXII. foll. 7. fol.*

*Bibl. Heidegg. ubi extat exemplum, in cuius pagina prima littera initialis aeri incisa exhibetur, quae integram latitudinem columnae occupat. Patet hinc artem chalcographicam iam anno 1472 extitisse. In exemplo quod excitat Laire Ind. I. p. 257. figura haec desideratur. Maitt. p. 331. ad ann. 1473. refert; sic Volta p. 16.*

MCCCCLXXIII.

6. Tractatus Magistri ARNALDI DE VILLA NOVA de arte cognoscendi venena. *Item: Tractatus de Venenis a magistro PETRO DE ABBANO editus. In fine: Finitum Mantue Anno Domini M.CCCC.LXXIII. Char. Thomae Septem castr. & Job. Wurster. 4.*

*Volta p. 16. Maitt. p. 331.*

MCCCCLXXIV.

7. Liber. PANDECTARVM. MEDICINE. Omnia. Medicine. Simplicia. Continens. Quem. Ex. Omnibus. Antiquorum. Libris. Aggregavit. Eximius. Artium. Et. Medicine. DOCTOR MATTHEVS. SILVATICVS. Ad. Serenissimum. Sicilie. Regem. Robertum. *Haec in fronte litteris capitalibus post epistolam dedicatorem. Matthaei Moreti ad Francisc. Gonzagam Cardinal. & tabul. alphabetic. foll. 6. In fine: Opus pandectarum medicine emendatum per eximium artium et medicine doctorem dominum et magistrum Matheum moretum brixianum Bononie in medicina et astronomia legentem et impressum per Magistrum Johannem Wurster de Kampidonia. Anno Domini. MCCCCLXXIII. Registr. chart. Char. rotund. sine signat. custod. & pagg. num. foll. 355. fol. mai.*

*Maitt. p. 33. not. \*\*. Denis Suppl. p. 41. Seemiller I. p. 57. Gras p. 14. Volta p. 21. ubi rationis, ob quas Saxius l. c. librum hunc Mediolani impressum fuisse, affirmavit, refellatur. Idem egit Tiraboschius Bibl. Mutin. T. VI. p. 174. sq. ubi simul Mutinensibus vindicatur haec editio. At in re tam dubia, nil certi determinare licebit.*

MCCCCLXXV.

8. INCIPIT DIALOGVS QVI VOCATVR SCRVTINIVM SCRIPTVRARVM compositus per reuerendum patrem. Dominum PAVLVM DE SANCTA MARIA. Magistrum in Theologia Episcopum Burgensem Archicancellarium serenissimi Principis domini Johannis regis Castelle & Legionis. Quem composuit post additiones per eum compositas ad postillam Nicolai de Lira Anno domini MCCCXXXIV. Anno vero aetatis suae LXXXI. *Haec in fronte fol. 1. a. Sequitur Auctoris praefatio, quae fol. 2. b. lin. 28. finitur. In fine:*

*Eterne laudes sint regi. luce superna*

*Qui dedit hoc cunctis. quod referatur opus.*

Hoc

Hoc iudeorum pandens enigmata et artes

Mentis aberrantium diluit omne malum.

Tempore quo gaudet Iodovico principe Mantos

Facta vigent cuius splendida per Latium.

Hoc opus impressit rerum scrutinia Schallus

Johannes doctor artis Apollinee

Anno Domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto. Char. goth. cum sign. A - L. foll. 248. Accedunt duo fasciculi, signati M. & N. quinterni, quibus continetur: Tractatulus multum utilis ad convincendum iudeos de errore suo. quem habent de messia adhuc venturo et obseruantia legis mosaice: In fine: Explicit Epistola Rabbi SAMVELIS quam scripsit ad Rabbi YSAAC magistrum sinagoge - et tandem, post longum praeambulum - Cum diligenti emenda per me Johannem Schallus (sic) artium doctorem Mantue impressus. sub annis prefati domini Jesu Xpi. M.CCCC.LXXV. regnante ibidem felicissime Illustrissimo dno Dno Lodovico de Gonzaga Marchione Secundo. Char. goth. sine cust. & pagg. num. cum sign. fol.

Maitt. p. 342. it. p. 351. de la Vall. l. p. 50. Seemiller l. p. 81. Gras p. 20. Volta p. 19. Laire Ind. l. p. 472. Johannes Schallus, impressor huius libri, fuit Physicus Herosfeldensis.

9. PETRI PADVANI (Aponi vel de Abano) Expositio Problematum ARISTOTELIS. Praeedit Index cum epistolis editoris Stephani Illarii Medici Mantuani. In fine: Explicit expositio succincta problematum Aristotelis quam Petrus edidit Paduanus ea nullo prius interpretante, incepta Parisiis et terminata Paduae anno 1310. Impressa Mantue sub divo Marchione Ludovico Mantue secundo per me Paulum Johannis de Puzbach Almannum Magontinensis Dyeeesis sub anno Jubilei MCCCCLXXV. cuius utilitas erit omni creature in universo orbe que apponet huic operi studium summa cum diligentia. Char. goth. sine sign. cust. & pagg. num. fol.

Denis Suppl. p. 52. Volta p. 31. Catal. Bibl. Pin. l. p. 259. Laire Ind. l. p. 350.

10. Incomenza uno tractato vulgare o sia Confessionale composito per lo reverendissimo patre Beato fratre ANTONINO de lordine de fratri predicatori arziveschovo de fiorenza. et quale se intitula. MEDICINA DE LANIMA. In fine: Mantue impressum Anno. M.CCCC.LXXV. vicesima prima die mensis Februarii. Char. goth. Pauli de Puzbach. sine sign. cust. & pagg. num. 4.

Denis Suppl. p. 44. Volta. p. 29.

MCCCCLXXVI.

II Rabbenu ASCER Primus ordo (ex quatuor Ordinibus) Orach Chaiim. In fine: Dicit Abraham minimus eorum, qui copiam seu affluentiam faciunt et discipulus medicorum, promotus minimus sociorum filius R. Salomonis Conath felicis recordationis - hocque fuit artificium eius omnibus diebus, quos insumpsit, ut scriberet (sive, imprimeret) hunc librum dictum Orach chaiim - Benedictus Deus uiuens, altissimus, ac tremendus, quoniam dedit seruo suo auxilium ad scribendum (imprimendum) finem libri huius feria V. die XIV. mensis siuan anno 5236 a creatione iuxta supputationem,

qua nos annos supputamus hic Mantuae. Ergo Mantuae per Abrahamum Conath Anno Christi MCCCCLXXVI. sub finem mensis Maii. Char. semirabbinic. foll. 129. col. 2. fol.

*Editionem hanc primariam, atque hucusque hebraicarum omnium primam esse, quae anni designationem, seu aeram habeat annexam testatur Cl. de Rossi in Commentar. de typographia Hebraeo Ferrar. edit. Erlang. p. 11. sqq. Denis Suppl. p. 58. Volta p. 28.*

\* 12. JUSTINIANI Institutiones cum Commentariis. In fine: Explicit apparatus institutionum per me Paulum Joannis de Puzpach Maguntinensis dyocesis sub anno dni 1476. die 18. mensis Aprilis. Char. goth. cum sign. fol.

*Laire Ind. I. p. 396.*

13. BALDI Commentarii in Codicem. Mantuae 1476. Voll. II. fol.

*Maitt. p. 774. ex Bibl. Kuhntzii A. 4. Volta omisit.*

MCCCCLXXVII.

14. NICOLAI DE LYRA Postilla super quatuor Evangelia, cum additionibus domini Pauli Burgensis Episcopi et cum replicationibus Fratris Mathei Doringh ordinis Minorum. In fine: Impressum Mantue per me Paulum Joannis de puzpach Maguntinensis Dyocesis sub annis Domini MCCCCLXXVII. die XXIII. mensis Julii. Char. goth. cum sign. fol.

*Denis Suppl. p. 80. Catal. Pinell. I. p. 32. Volta p. 31. Rossi p. 43. Laire Ind. I. p. 428.*

MCCCCLXXVIII.

15. Incipit prohemium fratris NICOLAI DE LIRA ordinis fratrum minorum in epistolas pauli. Cum additionibus Pauli Burgensis et replicis Matthaei Doringk. In fine: Impressum Mantue per me Paulum Joannis de puzpach. Maguntinensis dyocesis sub annis domini M.CCCC.LXXVIII. die XXVIII. mensis Aprilis. Char. goth. cum sign. col. 2. lin. 50. fol.

*Denis Suppl. p. 95. Volta p. 32.*

MCCCCLXXIX.

16. ALBERTI MAGNI de animalibus Libri XXVI. Fol. i. a. Incipit tabula, quae fol. 4. b. terminatur. Post folium vacuum: Incipit liber Alberti magni animalium primus qui est de communi diuersitate animalium Tractatus primus de communi diuersitate in membris et uita et est digressio declarans modum et ordinem doctrine. In fine: fol. 104. a. Finit feliciter opus Alberti magni philosophi de animalibus: et impressum Mantue per Paulum Joannis de Butschbach alamanum Maguntinensis dioecesis Sub anno dñi Millesimo quadringentesimo (sic) septuagesimonono: die uero duodecima Januarii: regnante ibidem felicissime illustrissimo domino Dno Friderico d' Gonzaga Marchione tertio. Char. goth. sine cust. 8 pagg. num. col. 2. fol.

*Editio secunda. Maitt. p. 397. de la Vall. I. p. 470. Gaign. I. p. 282. Seemiller II. p. 37. Bibl. Capit. Sebald. Bibl. Trew. Bibl. P. Nor. Volta p. 34.*

17. EVSEBII PAMPHILI Historiae ecclesiasticae Libri Novem ex Ruffini interpretatione. Accedunt decimus et undecimus ab ipso Ruffino conscripti. Fol. i. b. Illustrissimo-Mantuanorum Principi Frederico Gonzage Johannes Schallus Herossfeldensis physicus obsequentissimus, scilic. S. D. Data est haec epistola Mantuae apud Sanctum Alexandrum die



die XV. Julii M.CCCCLXXIX. Fol. 3. Incipiunt Capitula primi libri historie ecclesiastice.

Fol. 10. Incipit liber primus hystorie ecclesiastice. In fine Libri XI.

Transtulit Ausonias istud Rufinus ad aures

Eusebii clarum caesariensis opus:

Schallus Joannes celebri Germanicus arte

Ære premit. Mantus principe Foederico

Quom datus est finis. referebat Julius annos.

Mille quater centum septuaginta nouem

Hunc eme, qui docti nomen. qui limen Olimpi

Quaeris. habet praesens munus utrumque liber.

Hinc Coeleste bonum: sanctosque docere mores

Et prodesse magis lectio nulla potest.

Cbar. rot. sine sign. 3 pagg. num. cum custod. fol. min.

Editio secunda. Maitt. p. 398. Mittar. p. 405. Weising. p. 118. Rossi p. 46. Seemiller II. p. 40. Volta p. 34. Bibl. P. Nor. Schoenemanni biblioth. histor. patr. lat. I. p. 594.

## MCCCCLXXX.

18. NICOLAI DE LYRA Postilla super Actus Apostolorum, Epistolas Canonicales et Apocalypsin. In fine: Impressum Mantue per Paulum Johannis de Butschbach Maguntinensis Dioecesis. Anno domini M.CCCC.LXXX. die vero XXX. Marcii 3c. In quodam exemplo horum loco legitur: Mantue per Aluixium de Siliprandis anno. MCCC. LXXX. fol.

Denis Suppl. p. 119. Volta p. 33. Catal. Bibl. Pinell. I. p. 32.

## MCCCCLXXXI.

19. NICOLAI DE LYRA Moralia super totam scripturam sacram, seu morales et mysticae expositiones totius scripturae sacrae. Fol. 1. b. incipit Epistola Ludovici a Turri, Veronensis, Ord. Min. ad Franciscum Ordin. Predic. quae data est ex monasterio S. Apollonii prope Brixiam XII. kal. Dec. anno 1480. Fol. 2. a. Angelici et excellentissimi viri sacre theologie monarche et professoris eximii Nicolai de Lyra ordinis minorum prologus. pro ipsius moralibus super totam Bibliam. In fine: Expliciunt postille morales seu mystice super omnes libros sacre scripture exceptis aliquibus qui non videbantur tali expositione indigere. Igitur ego frater Nicolaus de Lyra deo gratias ago qui dedit mihi gratiam hoc opus incipiendi et perficiendi. anno dni M.CCC.XXXIX. in die sancti Georgii martyris - Interiectio exiguo spatio: Impressum hoc opus Mantue per Paulum Johannis de Butschbach. anno salutis M.CCCC.LXXXI. III. kal. madii regnante ibidem felicissime illustrissimo dno dno Federico de Gonzaga marchione tercio. Cbar. goth. sine cust. et pagg. num. cum signat. col. 2. fol.

Maitt. p. 417. Seemiller II. p. 73. Volta p. 33. Editio anni 1484; quam affert Maitt. p. 455. ex Bibl. August. Reiseri p. 96. fabula est. Ex incuria, sine dubio, pro LXXXI. III. Kal. 3c. legit LXXXIIII. Differt hoc opus ab eiusdem auctoris expositionibus litteralibus, quae postillae vocantur, in totam scripturam sacram.

## MANTVAE.

MCCCCLXXXVI.

20. AVGVSTINI STROZZAE Can. Reg. Lat. Odae Septem de septem verbis Domini in cruce pendentis Mantuae 1486. 4.

*Denis Suppl. p. 221. Volt. p. 43.*

MCCCCXCII.

\* 21. JOANNIS LUCIDI CATANEI J. C. Mant. Oratio in funere illustrissimae Barbarae Marchionissae. Mantuae M.CCCC.XCII. 4.

*Volta p. 43.*

MCCCCXCIII.

\* 22. JOANNIS LUCIDI CATANEI Oratio funebris pro Reverendissimo et Illustrissimo D. D. Francisco Gonzaga Marchione et Cardinali Mantuano MCCCCXCIII. 4.

*Volta p. 43.*

MCCCCXCIV.

\* 23. JOANNIS LUCIDI CATANEI Epicedion in funere illustrissimi Domini Frederici Gonzagae III. Marchionis Mantuani MCCCCXCIV. 4.

*Volta p. 43.*

JOANNIS CRESTON Ordin. Carmelit. Lexicon Graeco Latinum. Mantuae 1494.

*Maitt. p. 588. Apocrypha est haec editio. Fabricavit illam Beugh. p. 51. Saubertum secutus, qui p. 205. recte quidem editionem in Biblioth. publ. Norimb. existentem, anni nempe 1499 excitavit, at, per errorem Mantuae pro Mutinae posuit. Huic errori novum addidit Beughemius, pro 1499. scribens 1494.*

MCCCCXCVIII.

24. Familiares et secundae MATTHAEI BOSSI Epistolae. Haec in fronte fol. i. a. Fol. eod. b. Epistola Jasonis Mayni ad Augustinum Papiensem Regularem Canonicum in Matthaei Bossi Canonici regularis opera preclari et meriti testimonii Epistola. Sequitur: Ad Jacobum Gallum in libellos et epistolas Matthaei Bossi - Balthesaris Crassi Veronen. Hexametrum. In fine: Impraessum Mantuae per Vincentium Bertochum Regiensem Anno à natiuitate Domini nostri Jesu Christi MCCCCLXXXVIII. Quinto idus Nouembr. Inclyto et excelso Principe Francisco Gonzaga. III. Marchione. Domini Habenas Foeliciter Gubernante. Registr. chartar. Char. rom. cum sign. foll. 139. fol.

*Maitt. p. 662. Mittar. p. 95. Gras p. 187. Volta p. 38. Bibl. Goetting. Bibl. P. Nor. Excitat quidem Maitt. p. 520. editionem anni 1490 et Jacobi Comitum Parliliar. familiarium epistolarum libros sex. At, supposititiam esse hanc editionem, certo certius est. Orta est illa ex hallucinatione bibliographorum; qui numerum VIII. in subscriptione ab antecedenti anni nota MCCCCLXXX separatum, novamque lineam incipientem, neglexerunt. Epistolae sunt CCXXXII. quas inter nonnullae sunt annis 1495. 96. & 98. scriptae. Insuper Bossi epistola dedicatoria data est Veronae Cal. Maj. 1498. Neque Jacobi Parliliarum Comitum epistolae cum Epistolis Bossi an. 1490. Mantuae prodire. Unica, quantum constat, Parliliensis Epistolarum editio, extat absque ulla nota, sed ad Sec. XVI. spectans; utpote quae epistolas etiam de rebus huius seculi agentes exhibeat. Hanc editionem de Bure n. 4133. ad annum 1480 refert; at sine teste.*

25. FR. BAPTISTAE MANTVANI adolescentia in eglogas divisa. Mantuae per Vincentium Bertochum MCCCCLXXXVIII. Regnante Francisco Gonzaga III. Mant. March. 4.

*Maitt. p. 663. Volta p. 40.*

26. AUGUSTINI STROZZAE Canonici Lateranensis de Raptu Pauli libri duo ex patribus et scholasticis collecti. Mantuae MCCCCXCVIII. 4.

Maitt. p. 673. Volta p. 44.

## SINE NOTA ANNI.

27. ARISTOTELIS. Quaestiones. Varias. Generatim. Collectas. Atque. Ita. In. Plura. Digestas. Volumina. Haec in fronte charact. quadrato. In fine: Mantue hoc summi philosophorum principis Aristotelis problematum novam ad Nicolaum quintum pontificem secundum traductionem per Theodorum Gazes graecum. Illustrissimo principe et domino Domino Lodouico de Gonzagha (obiit Junio 1478) Marchione ibidem tunc regnante. per Johannem Wurster de Compidona et Johannem Baumeister socios volumen impressum finit foeliciter. Sequuntur Tabula Capit. et alphabetica rerum. foll. 5. Char. lat. sine sign. cust. & pagg. num. fol.

de la Vall. I. p. 373. Denis Suppl. p. 493. Rossi p. 60. Volta p. 18. Laire Ind. I. p. 86.

28. Liber Ethycorum ARISTOTELIS, Leonh. Aretino interprete. Char. Job. Wursteri. fol.

Denis Suppl. p. 494.

29. MIRABILIA ROMAE Incipiunt. Tituli partim literis quadratis, uti et in fine: Deo gratias. Char. lat. ut videtur Job. Wurster Mantuae. Sine sign. cust. pagg. num. foll. 18. lin. 28. 8.

Denis Suppl. p. 653.

30. THOMAE DE AQUINO Quaestiones secundi libri secundae partis. In fine: Diuo Ludouico illustri Mantuanorum principe regnante. Religiosissimus uir sacre pagine magister D. frater Lodouicus de Cremona ordinis Carmelitarum ciuis Mantuanus sua impensa perficiendum hoc opus curauit. Imprimente magistro Paulo de Puzbach germanico eius artis perito. Absolutumque est Mantuae (circa ann. 1475. Dux Lodouicus obiit a. 1478.) fol.

Denis Suppl. p. 676. Volta I. c. p. 30.

31. BAPTISTAE FIERA Mantuani Caena (circa ann. 1490.) Char. rom. cum sign. & pagg. num. 4.

Denis Suppl. p. 564. de la Vall. I. p. 498. Crevenna VI. p. 134. Volta p. 44. ubi Mantuae tribuitur.

32. FLAVII BLONDI Romae triumphantis Libri decem. Dicantur Pio II. Pont. Max. In fine: Finis. Char. eod. lat. quo MM. Georgius et Paulus Mantuae Dantis Aligerii Divinam comœdiam edidere. Sine sign. cust. & pagg. num. fol.

Denis Suppl. p. 516. Catal. Bibl. Pinell. III. p. 55.

33. NICOLAI DE LYRA Postillae in Psalmos. Char. Pauli Joannis de Putzbach, circa ann. 1481. fol.

Volta p. 34. Denis Suppl. p. 608.

34. PASSIO B. Simonis pueri Tridentini a perfidis Judaeis nuper occisi, quam Joannes Mathias Tiberinus (Tyberinus, Tuberinus) liberalium artium et medicinae Doctor ad Rectores et cives Brixienfes succincte scripsit MANTVE (circa ann. 1475.) 4.

Mercier Suppl. p. 76. not. \*, Denis Suppl. p. 683.

Annal. typ. Vol. II.

B

\* 35.

\* 35. Excerptae orationes ex libris historiarum C. CRISPI SALLVSTII. *Incipit ab oratione Lepidi Consulis ad R. P. et terminatur his versibus:*

Christe Deus, vere sancte genitricis amore

Corporis ac anime fit tibi cura mee.

Hostis ab insidiis cunctis hac nocte tuere;

Peccavi, fateor, tu miserere mei.

*Char. goth. Job. Schalli, cum signaturis, quarum ultima est D IV. 4.*

*Laire Ind. I. p. 179.*

\* 36. ARNALDI DE VILLA NOVA de arte cognoscendi venena cum quis timet sibi ea ministrari; et VALASTI DE TARENTA tractatus de Epidemia. *In fine: Et sic est finis totius tractatus Deo gratias. Char. elegant. lin. 30. foll. 16. 4.*

*Laire Ind. I. p. 212. ubi Mantuae tribuitur.*

### LXXXIX. MARSIPOLI (Merseburgi in Saxonia.)

-MCCCCLXXIII.

I. S. AVGVSTINI Liber de Questionibus Orosii. *In fine: Finit liber B. Augustini Yponensis episcopi de questionibus Orosii a Luca brandis ex oppido delexsch progenito. Nunc autem urbe Marsipoli (Merseburg. Sax.) commanenti arte impressoria in medium feliciter deditus. Anno à partu virginis salutifero millesimo quadringentesimo septuagesimo tertio. Nonas vero Augusti quinto. Sequuntur versus:*

Jussu diuino. cum missa pie celebratur

Sanguis de vino. corpus de pane creatur.

Hoc sacramentum. nunqm licet esse sinistrum.

Et si per prauum. celebratur sepe ministrum

Sicut deterius non fit p deteriori

Sic non fit melius p pbro meliori &c.

Hec caro cottidie. qmvis caro non videatur

Panis habens speciem. p mundo sanctificatum. 4.

*Denis Suppl. p. 21. Gesn. p. 29. Idem est sine dubio Luc. Brandis, qui postea Lubecae impressit.*

2. Lapidarius ARISTOTELIS de novo a greco translatus. Liber de Phisonomia regia. *Opus hoc sine ullo titulo incipit sic: Attendite a falsis Prophetis - a fructibus eorum cognoscetis eos &c. Dividitur in tres partes. In prima parte traditur Lapidarius Aristotilis de novo a greco translatus cum omnibus aliis Lapidariis et eorum dictis in vnoquoque lapide sc. de eorum coloribus, virtutibus et loco generationis eorundem. Secundo quomodo virtutes pretiosorum lapidum augmentat et alterat &c. Tertia pars est de ipsamet phisonomia &c. In fine: Divina igitur annuente gratia multa inquisitione habita ex pluribus libris philosophorum hunc lib. qui PHISONOMIA REGIA intitulatur collegimus, in perpetuam memoriam Excellentiss. Principis Dom. Wenceslay Secundi regis Bohemorum. Explicit liber de Phisonomia Anno dni. Millesimo quadringentesimo septua-*

septuagesimo tercio in vigilia XI. milium virginum Completum est presens opus in ciuitate Mersborg. Char. ut probabile est, eodem. 4.

Maitt. Ind. II. App. p. 545. ex March. hist. p. 63. Bünemann. Catalog. MSCt. p. 14. seq. ubi libro hoc rarissimo pretium 18. thalerorum statuitur. Leich. p. 127.

## MCCCCLXXIX.

\* 3. ISIDORI Hispalensis, Soliloquia. Fol. I. a. Incipit Prologus Isidori Episcopi in soliloquia eiusdem. In fine: Sancti Isidori Hispalensis archiepiscopi finonima expliciunt. Anno dni 83c. MCCCCLXXIX. Marspolis Sabbato ante Tbome. Char. maiusc. gotb. foll. 40. 8.

Freyt. Adpar. II. p. 1183. Et hunc librum Martisburgi in Saxonia, non vero Martisburgi in Sueuia, ut Freytagio placere uidetur, impressum fuisse, probabile est.

## C. M E D I O L A N I.

## MCCCCLXVIII.

\* I. MIRACVLI de la gloriosa Verzene MARIA. In fine:  
Dentro de Milano e doue stato impronta  
L'opra beata de miraculi tanti  
Di quella cbe nel Ciel monta e dismonta  
Accompagnata cun gli angeli e sancti.  
Philippo da Lauagna quivi si conta  
E state el maestro de si dolce canti.

Impressum anno Domini MCCCCLXVIII. di XVIII. Maii. 8.

Primus hic, quantum hactenus constat, Mediolani impressus liber, extat in Bibliotheca Athenaei Taurinensis. cf. Tiraboschii Histor. litter. Ital. T. VI. P. I. p. 167. Hinc Philippus de Lauania in fine Canonis Avicennae Mediolani a. 1473 a se impressi posuit: per Magistrum Philippum de Lauania huius artis stampandi in hac urbe primum satorum et inventorem. Antonium Zarotum alias primum Mediolani typographum habitum fuisse constat. cf. Saxii Prolegom. p. XCIV. Sic hunc honorem sibi vindicat Philippus de Lauania! refragante tamen cl. Affo, in libro nuperrime edito, cui titulum dedit, Saggio di Memorie su la Tipografia Parmense del Secolo XV.

## MCCCCLXX.

2. TERENTII Comoediae. In fine: Hoc opus quam diligentissime recognitum Iobannes Legnanus imprimi curavit Mediolani opera et impendio suo per Antonium Zarotum. M.CCCC.LXX. XIII. Martii. fol.

Editio originalis, saltem cum indicio anni. Maitt. p. 290. et post illum Sax. in historia litterario-typogr. Mediolanensi, quae Philippi Argelati praemissa est Bibliothecae scriptor. Mediolanens. p. 559. B. Ernesti hac duas antiquiores deprehendisse sibi visus est, utramque sine indicio anni, sed cum coniecturae suae non aliam rationem adferat, quam quod ambae sine distinctione versuum sint exaratae, id vero compluribus seculi XV. poetae huius editionibus sit commune, nihil tuto de earum aetate statui posse manifestum est. Extabat exemplum in Bibliotheca Comitum de Pembrok, Londini. De Antonio Zaroto Parmensi typographo excellentissimo egit cl. Affo l. c. p. III. sqq.

3. Q. HORATII FLACCI opera; sine omni nota loci, anni & typographi. In fine: Hoc quicumque dedit Venusini carmen Horati Et studio formis correctum effinxit in istis, Vivat; et aeterno sic nomine saecula vincat Omnia; ceu nunquam numeris abolebitur auctor. 4.

Maitt. p. 292. qui Anton. Zarotum, huius impressionis parentem fuisse, ex typorum cum aliis, quos excudit, libris, collatorum similitudine credit, non refragante cl. Saxio p. 559. aliisque. Refertur à Maittairio ad annum 1470, quo Zarotus Mediolani excudere coepit.

4. ARATORIS Subdiaconi sacra poesis de insignibus Apostolorum actibus. Mediolani 1470. 8.

Maitt. p. 299. Sax. p. 559. ex Bibl. Barberin. ad ann. 1469. At non alia est haec editio, quam illa, quae 1569 cum Juvenco Mediolani 4. prodiit.

5. FESTVS POMPEIVS de verborum significatione, Mediolani. Sine nota typogr. 1470. fol.

Sax. p. 559. editionem hanc apocrypham ex Beughem. p. 59. affert. Est sine dubio, editio anni sequentis, quam Beughemius omisit.

## MCCCCLXXI.

6. SEXTI POMPEII FESTI de verborum significatione liber. In fine: Laudetur Christus per quinque foramina laesus (Sax. Jesus) FESTI POMPEY LIBER EXPLETVS EST. Mediolani, tertio Nonas Augustas Millesimo: Quadringentesimo: Septuagesimo! Primo. Ad honorem et laudem illustrissimi ac invictissimi Galeaz Mariae Mediolani ducis quinti, ac ducatus sui anno quinto. Char. rom. nitidiss. lato margine, sine sign. cust. & pagg. num. Desunt graecae voces, lacunis relictis, calamo implendis, addita tamen voce latina, quae graecam explicat. Caret nomine Typographi, sed ex charactere aperte dignoscendum est, fuisse Antonium Zarotum, qui anno praecedente imprimendi initium Mediolani fecit.

Editio prima. Maitt. p. 308. Sax. p. 559. De la Vall. II. p. 8.

7. POMPONII MELAE Cosmographia, sive orbis descriptio. In fine: Pomponii Melae cosmographiae liber explicit. Mediolani Septimo Kalendas Octobris millesimo quadringentesimo septuagesimo primo. Charact. Antonii Zaroti. 4.

Editio princeps. Maitt. p. 304. Sax. p. 559. de la Vall. III. p. 20. Gaign. I. p. 363. Pinnelli I. p. 362. Laire Ind. I. p. 248. Aliam, sine nota anni et loci 8. hanc praecessisse putavit Ernesti ad Fabr. Bibl. lat. II. p. 76.

## MCCCCLXXII.

8. M. T. CICERONIS Epistolae familiares. In fine: Epistolarum familiarium M. Tull. Cicer. multa volumina in diversis Italiae locis hac nova impressorum arte transcripta sunt: quae si ut plurima numero, ita etiam studio correctae essent, novo hoc labore non fuisset opus. Sed tanto errorum numero confunduntur, ut non modo litterae pro litteris, et pro uerbis verba perturbatissime involuta, verum etiam epistolae in epistolas libri in libros sic inveniantur confusi - Quae cum audirem ex viris cum doctissimis tum etiam prudentissimis, ego PHILIPPVS LAVAGNA civis Mediolanensis, ut pro virili mea aliqua ex parte meis civibus prodessem, nactus exemplar correctissimum studio diligentissimo

tissimo hominum doctrina praestantium trecenta volumina exscribenda curam (curavi) opera adhibita, ut singulae paginae antea quam imprimerentur, ab aliquo doctorum perlectae essent et castigatae: quem ego laborem nisi profudisse uidebor, pleraque in futurum accuratissime ut transcribantur laborabo, non minori publicae quam meae utilitatis ratione servata.

Barbara cum Marci verba admixta legebas:

Hunc lege, quod uerum est hoc Ciceronis opus.

Virgo decus caeli Christi sanctissima mater

Laus tibi cum nato sit sine fine tuo.

M.CCCCLXXII. VIII. KL. APRILES.

Igitur Mediolani per Philippum de Lavagnia. fol.

Maitt. p. 319. Catal. Bibl. Pinelli II. p. 217. Fabr. Bibl. lat. Ernesti Vol. I. p. 172. ex Bibl. Zviccaviensi. Cl. Saxium editio haec latuit; quod mirum omnino est; Maittairius enim illam vidit, et l. c. accurate descripsit, ex quo etiam Saxio innotescere debuisset.

9. P. VIRGILII MARONIS opera cum opusculis et Priapeiis. Fol. I. a. liter. quadratis: Lector si Virgilii vatis eminentissimi opera legere cupis: haec maiestatem antiquitatis redolentia perlege: nam quicquid in his emendandis corrigendis castigandisque operibus Romana Venetaque lima poliverit terserit et ad suum redegerit nitorem perspicuum est: sed diligens ista sedulitas: et criticorum censura discedat: cessetque nimis affectata castigatio cum ab ipsis propriis Maronis exemplaribus: quae Romae in aede divi Pauli reposita sunt: integrum purum nitidumque opus hoc effluxerit natumque sit

SI VIS CERTIOR FIERI: ID LEGITO VALE

B. H.

Anno incarnationis dominice M.CCCC.LXXII. Post folium hoc primum et ante Eglogas extant folia XI; et primo folio verso extant tituli operum in volumine contentorum, cum primo cuiuslibet verbo, per modum registri. Sequuntur Vita Virgilii, argumenta in libros Aeneidorum et nonnulla carmina, quae Virgilio tribuuntur. Fol. XIII. incipiunt Eglogae. Agmen claudunt catalecta. Sine sign. cust. et pagg. num. Char. nitid. Ant. Zaroli. Quid sibi velint litterae B. H. nescio. fol.

Maitt. p. 520. not. 2. Rossi p. 72. in membrana. Cl. Heyne l. c. p. L. Laire Ind. I. p. 291. sq. ubi Philippo Lavagnia datur haec editio, quam omisit Saxius.

10. GEORGII TRAPEZUNTII de partibus orationis ex Prisciano Compendium. Prae- cedit Ge. Trapezuntii epistola ad Andream filium: hanc excipit altera in calce ad Colam Montanum suum scripta Rome IV. Kal. Novembris MCCCCLXXI. In fine: Mediolani M.CCCC.LXXII. 4.

Denis Suppl. p. 18. Sax. 560. cf. eiusd. Histor. typogr. litterar. p. 156. ubi de Georgio Trapezuntio & Cola Montano plura.

11. POGGII Florentini Facetiarum libri, Mediolani 1472. fol.

Maitt. p. 323. ex Beugh. p. 111. Ex eodem fonte impuro Saxius p. 560. Est forte editio anni 1477. quam omisit Beughemius.

MCCCCLXXIII.

12. Liber Canonis primus quem princeps ABOALI ABINSCENI de medicina edidit, translatus a Magistro Gerardo cremonensi in toleto de arabico in latinum (*Sunt Avicennae Libri V.*) In fine II: Mediolani die XII. februarii 1473 per Magistrum Filippum de lauagnia huius artis stampandi in hac urbe primum latorem atque inventorem. In fine V: Et eius complemento completus est liber totus ad laudem dei. Char. lat. fol.

*Denis Suppl. p. 19. Latuit Saxium. Patet ex hac subscriptione Philippum hunc de Lauagnia, si non ante Antonium Zarotum, tamen eodem cum illo tempore Mediolani artem typographicam exercuisse.*

13. HEBEN MESVE Liber de Consolatione Medicinarum simplicium Solutivarum. In fine: Explicit Opus. Heben Mesue impressum per Magistrum Philippum Lauaniam et correctum ac diligenter examinatum per Egregios doctores Almi Collegii Mediolanensis Anno Domini MCCCCLXXIII. die III. Augusti regnante Illustrissimo D. D. Galeaz Maria Vicecomite &c. Duce Mediolani quinto. Adhaeret PETRI APONI Medici clarissimi in Librum Johannis Mesue Additio. Char. rom. sine foll. num. col. 2. fol.

*Sax. p. 560. Denis Suppl. p. 28. Cat. Bibl. Schie. II. p. 116. Pinelli III. p. 341.*

14. Opere, id est, Sonetti et Triumpho di FRANCESCO PETRARCHA. (*Sine Commento.*) In fine: M.CCCC.LXXIII. Impressum (Mediolani) per Antonium Zarotum parmensem. Char. lat. sine cust. sign. et pagg. num. fol.

*Sax. p. 560. Denis Suppl. p. 29. de la Vall. II. p. 496.*

15. ARNEAE SILVII, postea PII PAPAE II. Epistolae in pontificatu editae. Caret Praefatione ac nuncupatoria. In fine post Indicem Epistolarum, numero LII: Opus impressum Mediolani per Magistrum Antonium de Zarotis Parmensem MCCCCLXXIII. Maii XXV. Char. rom. sine sign. cust. & pagg. num. fol.

*Editio prima. Maitt. p. 329. Sax. p. 560. de la Vall. II. p. 753. Rossi. p. 75. Pinelli II. p. 248. Laire Ind. I. p. 312. Editio anni 1474 per eundem Antonium Zarotum, quam affert Maitt. p. 773. spuria, sine dubio, est.*

16. Synonima (Medicinae) SIMONIS GENVENSIS. In fronte post titulum sequitur Epigramma.

Cognita nec (non) plane Medicine nomina rerum

Promere proposui, quo iuuet artis opus.

Si quantum volui, tantum non posse negavi

Ad veniam satis est hoc voluisse satis.

In fine: Opus impressum Mediolani per Antonium Zarotum Parmensem, Anno Domini MCCCCLXXIII. die Martis III. Augusti. Char. rom. fol.

*Maitt. p. 329. Sax. p. 129. sqq. ubi de autore, qui librum hunc Campano Capellano Papae deditavit, plura. it. p. 560 Laire Ind. I. p. 315.*

17. Liber SERAPIONIS aggregatus in medicinis simplicibus, translatio Simonis Januensis interprete Abraham Judaeo Tortuosiensis de Arabico in latinum. In fine: Opus impressum Mediolani per Antonium Zarotum Parmensem Anno Domini MCCCCLXXIII. die Mercurii III. Augusti. Char. rom. fol.

*Sax. p. 560. Denis Suppl. p. 31. Laire I. p. 314. de la Vall. I. p. 494.*



18. Liber BEDAE de schemate et tropo. *Eiusdem* divi BEDAE de figuris et metris. Commentarium SERGII de littera. Commentarium MAXIMINI VICTORINI de ratione metrorum. METROCIVS MAXIMVS de litteris et de syllabis. De finalibus litteris HONORATI Grammatici. SERVII Grammatici Centimetra. FOCAE grammatici Liber de nomine et verbo. *In fine: FOCE. GRAMMATICI. DE. ORTOGRAFIA. Opus Impressum Mediolani Per M. Antonium Zarotum Parmensem die. XXII. septembris MCCCCLXXIII. Char. rom. sine sign. cust. & pagg. num. lin. 27. 4.*

*Crevenna III. p. 25. Bolong. Crevenna III. p. 27. Denis Suppl. p. 22. Saxio incognitus.*

19. OMNIBONI LEONICENI de uersu heroico liber. *In fine: Mediolani per Antonium Zarotum Parmensem 1473. die 25. Octobris. Char. rom. relicto pro graec. vocibus spatia. 4. Sax. p. 560. Denis Suppl. p. 27.*

20. DANTE (col Comento supposto di Benvenuto da Imola.) *Mediolani per Antonium Zarotum 1473. fol.*

*Maitt. p. 326. Sax. p. 560. Haym I. p. 183.*

MCCCCLXXIV.

21. P. VIRGILII MARONIS opera. Maphei VEGII Supplementum Copa. Moretum. Dirae. Epigrammata. Culex Priapeia. *In fine: Mediolani impressum per Magistrum Philippum de Lavagnia MCDLXXIV. die XIV. Junii. Char. rom. sine sign. cust. & pagg. num. fol.*

*Maitt. p. 335. Sax. p. 561. Curavit hanc editionem Boninus Mombrinius. Variantes lectiones ex ea excerptas praefixit editioni Lond. 1715. Maittairius. cf. Cl. Heyne l. c. p. LI.*

22. APOLLINARIS OFFREDI Cremonens. in librum ARISTOTELIS de anima commentarius. *Fol. I. a. Apollinaris Offredi cremonensis sua tempestate Illustris et Philosophi et Medici praefatio in lib. Ar. de aia ad Illustrissimum Philippum mariam Mli ducem &c. feliciter incipit. In fine: Et sic est finis quaestionis et consequenter totius operis impressi Mediolani per Magistrum de Lauania 1474. die Jovis. 13. Octubris (sic) Ad laudem omnipotentis Dei. AMEN. Char. rom. sine sign. cust. & pagg. num. col. 2. foll. 248. fol. mai.*

*Sax. p. 561. Denis Suppl. p. 39. Gras p. 15.*

23. Q. HORATII FLACCI Venusini opera omnia. *In fine: Anno a Natali Christiano 1474. die 16. Martii divo Galeazio Maria Sforzia Vicecomite, Insubrium, Ligurumque quinto duce feliciter regnante Antonius Zarotus Parmensis cuncta Opera Quinti Horatii Flacci Venusini non indiligenter emendata V. Carminum Libros; IV. Epodon, Carmen Seculare. De Arte Poetica Librum I. Sermonum Libros II. Epistolarum Libros II. eleganter atque fideliter impressit. Quisquis haec coemerit, numquam poenitebit. Sine sign. cust. & pagg. num. fol.*

*Maitt. p. 336. Sax. p. 561. Pinelli I. p. 325. Askew p. 73. Laire Ind. I. p. 310. Gaign. I. p. 416. Sax. p. 563. excitat editionem anni 1475 per eundem; quae forte haec nostra est.*

24. ACRONIS Commentatoris egregii in Quinti HORATII Flacci opera expositio. *In fine: ACRONIS viri quam doctissimi Commentaria quam diligenter emendata in*

Q. Ho-

Q. HORATII FLACCI opera, per Antonium Zarotum Parmensem Mediolani impressa MCDLXXIV. Idibus Sextilibus fol.

*Editio princeps. Maitt. p. 339. Sax. p. 561. Pinelli III. p. 112. Askew p. 24. Clement I. p. 42. Cf. de Bure n. 2716. ubi perperam Horatii textum cum Acrone impressum hac editione refert.*

25. JUSTINI HISTORIA TROGI POMPEII. *In fine:*

Historias veteres, peregrinaque gesta revolve  
Justinus, lege me, sum Trogi ipse brevis  
Quem manus Antoni Zarotto sanguine creti  
Impressit solers, Insubribusque dedit.

Justini Historici clarissimi in Trogi Pompei Historias Liber XLIV. feliciter explicit MCDLXXIV. Idibus Junii. fol.

*Maitt. p. 335. Sax. p. 561. Pinelli II. p. 76. Rossi p. 67. Versus duo priores iidem sunt, qui in editione Veneta Jensoni 1470. leguntur.*

26. SALLUSTII CHRISPI Historici clarissimi de Catilinae coniuratione; accedit de Bello Jugurtino. *In fine: Mediolani per Antonium Zarotum Parmensem MCDLXXIV. die IV. mensis Augusti. Char. rom. sine sign. & pagg. num. fol.*

*Maitt. p. 243. Sax. p. 561. Pinelli II. p. 90.*

27. M. TULLII CICERONIS Rhetorica ad C. Herrenium. *In fine: Opus impressum Mediolani per Antonium Zarotum Parmensem MCDLXXIV. die XII. mensis Augusti. Char. rom. sine sign. cust. & pagg. num. fol.*

*Maitt. p. 343. Sax. p. 561. Pinelli III. p. 18. Bibl. Goetting. Clement VII. p. 154.*

28. M. T. CICERONIS Officiorum Libri III. DE Senectute. De Amicitia. Paradoxa. *In fine: Volumen hoc in quo continentur Libri tres Officiorum, Liber de Senectute Liber de Amicitia et Paradoxa M. Tullii Ciceronis impressit Mediolani Antonius Zarotus Parmensis MCCCCLXXIV. fol. min.*

*Maitt. p. 335. Sax. p. 561. Goetz III. p. 506.*

29. JOHANNIS MARLIANI Mediolanensis Questio de caliditate corporum humanorum tempore hiemis et estatis et de antiparistasi ad celebrem philosophorum et medicorum universitatem ticinensem. *In fine:*

Mira parmensis Zarotb me Antonius arte  
Anguigeri prima fecit in urbe ducis

M.CCCC.LXXIII. die X. septimo augusti. 4.

*Sax. p. 561. Denis Suppl. p. 38.*

30. FABRI MARII VICTORINI commentarius in M. T. CICERONIS Rhetoricam. Mediolani impressus per Antonium Zarotum parmensem M.CCCC.LXXIII. V. Idus Decembr. fol.

*Maitt. p. 339. Freyt. adpar. III. p. 68. Omisit hanc editionem Saxius, quae sine dubio prima est.*

\* 31. OVIDII NASONIS Heroidum Libri. Mediolani per Antonium Zarotum 1474. fol.

*Sax. p. 562.*

\* 32. ESOPi FABVLAE cum eiusdem Vita latine. *Fol. 1. a.* Uita Esopi fabulatoris clarissimi e greco latina per RIMICIVM facta ad Reuerendissimum patrem dnm Antonium tituli sancti Chryfologi presbiterum Cardinalem. Et primo prohemium. Nouas nimirum merces &c. *Fol. 2. b. post Argumentum.* Incipit uita Esopi; *quae fol. 27. a. terminatur.* In fine: Finis. *Fol. 28. a.* Argumentum fabularum Esopi e greco in latinum. *Eod. fol. a. lin. 20. fabula prima.* De aquila et uulpe. *Fol. 50. a. post fabulam C. eamque ultimam l. 23.* Totius operis anacephaleosis. *Fol. eod. b. post anacephaleosin:*

*Uerba libri ad emptorem.*

Si placet hybernas libris tibi fallere noctes

Non alium queras. ipse satiffaciam.

Esopi inuenies et dicta et facta legendo:

Que risum mesto cuique mouere queant.

Et qui me e greco voluit fecisse latinum

Doctus erat. lege me. non tibi uilis ero.

*Impressit Mli (Mediolani) Antonio Zaroty parmensis MCCCCLXXIII. Char. goth. sine sign. cust. 3 pagg. num. lin. 27. 4.*

*Editio secunda, haecenus fore ignota, rarissima. Originalis est Romana anni 1473. Rossi p. 60. Descripsit Cardin. Quirini in epistola ad Joh. Georg. Schelhornium (Freyt. Adp. III. p. 785. sqq.) data, quidem editionem anni 1476, hanc uero plane ignorauit. Omisit illam quoque Saxius. Rossi p. 60. Laire Ind. I. p. 322. Extat exemplum optime conservatum in Bibl. Trew. Altdorffii.*

33. D. IUVENALIS Arpinatis, Satyrae. *Argumenta Satyrarum uersibus comprehensa, singulis satyris praemittuntur.* In fine: D. Junii Iuuenalis aquinatis satyrarum ad limam non indiligenter redactarum Finis. *Sequitur: AVLI PERSII Flacci Satyrarum liber. Et hic singulis Satyris argumenta uersibus comprehensa praemittuntur.* In fine: D. Junii Iuuenalis et A. Persii Flacci satyras quam diligentissime castigatas Antonius Zaroty Parmensis impressit Mediolani MCCCCLXXIII. fol.

*Maitt. p. 340. Sax. p. 561. Catal. Bibl. Schwarz. II. p. 144. sq. Iuuenalis non erat Arpinas, uti per errorem in titulo huius editionis expressit typographus, sed Aquinas; rectius in calce Aquinas.*

34. SANCTI AMBROSII Episcopi Mediolanensis de officiis Libri tres. *In fine fol. 97. b.* FINIS TERTII LIBRI SANCTI AMBROSII DE OFFICIIS.

Nectar et ambrosiam coelestia munera quaeris

Hoc sanctum Ambrosii perspice lector opus

Arida qui tali compleuerit ora sapore

Non sitiet, nullam sentiet ille famem.

*Impressus mediolani per chirstoforum (sic) Valdarfer Ratisponensem M.CCCC.LXXIII. die VII. Januarii. Accedunt eodem caractere foll. 16. Vita sancti Ambrosii secundum Paulinum Episcopum. Nolanum ad Beatum Augustinum Episcopum Vita gloriose uirginis Agnetis a Sancto Ambrosio edita. Passio Sanctorum Martyrum Vitalis et Agricole. Passio Sanctorum martyrum Protasii et Gervasii. Ambrosii ad Marcellinam Sororem de inuentione corporum Protasii et Gervasii. Char. rom. sine sign. cust. 3 pagg. num. 4.*

*Primus a Christoph. Valdarfero, typographo antea Veneto, Mediolani impressus liber. Maitt. p. 338. Sax. p. 560. Pinelli I. p. 84. Straufs. opp. rar. p. 21. Catal. Bibl. Bünau. T. III. P. I. p. 148. Schoenemann l. c. Vol. I. p. 372. sq.*

35. Interrogatorium sive Confessionale per venerabilem fratrem BARTHOLOMEVM DE CHAIMIS de Mediolano ordinis minorum compositum in loco sancte marie de angelis apud mediolanum. *In fine* Epigramma satis longum, lepidumque:

Si quem peniteat scelerum culpamque fateri

Aures clauigeri presulis ante uelit

Non indignetur docti precepta libelli &c.

Turba coit. plenumque sue sitibunda salutis.

Dignum te repetit Bartholomee librum.

Nec mora Christoferus populum coysse fidelem

Valdarfer attenta protinus aure notat.

Exsaturemus, ait, dignandis agmina votis.

Deque Ratispana quin damus artis opem?

Quibus hinc nostris Mediolanoque potenti

Impressit magnum maximus auctor opus.

Mediolani per Christophorum Waldarfer MCDLXXIV. die XXIX. mensis Septembris. Char. nitido, sine cust. & pagg. num. 8.

*Sax. p. 160. it. p. 561. Maitt. p. 343. ubi in fine: 3. Kal. Octobres. Sic. Braun I. p. 167. qui ideo editionem, quam excitat Saxius l. c. suam praecessisse putat. At: 3. Kal. Octobr. & XXIX Sept. unum eundemque indigitant diem. Adfunt duae aliae editiones, quae eodem versus exhibent, quas tamen non Mediolani sed Argentorati typis expressas fuisse, putamus. Cf. Annal. nostr. Vol. I. p. 88. n. 473. & p. 93. n. 499.*

\* 38. S. CYPRIANI Libri et epistolae. *Fol. I. a. Index librorum et capitum, cum inscriptione: Cecillii Cipriani Episcopi Cartaginensis et martiris dignissimi libri et epistole Incipiunt feliciter. In fine fol. 131. a. Expliciunt Epistole Cecillii Cipriani Episcopi carthaginensis confessoris et martiris dignissimi. Char. ut videtur, eod. Alb. Kune; cum sign. col. 2. lin. 46. fol.*

*Braun II. p. 25. Helmschrott II. p. 50. Zapf l. c. p. 245.*

\* 39. Fr. FELICIANI Tractatus de divina praedestinatione; *accedit: Capitulum de Retentione decimarum. Fol. I. b. Incipit Registrum huius opusculi. Fol. 2. a. Incipit Tractatus fratris (sic) Feliciani ordinis Predicatorum doctoris eximii de diuina praedestinatione intitulatus. In fine folii cum sign. b. 2: Explicet Tractatulus fratris Feliciani ordinis predicatorum de praedestinatione intitulatus finit foeliciter. Fol. seq. cum sign. b. 3: Incipit Capitulum de Retentione decimarum vbi agitur quomodo et si excusantur non dantes decimas. Accedunt 25. Priuilegia clericorum. In fine: Impressum Memingen p. Albertum Kune. Char. goth. cum sign. lin. 36. foll. 20. 4.*

*Obert. A. L. Zeitung. 37. St. 1792. p. 577. Zapf l. c. p. 247. n. 39. p. 250. n. 52. Cf. Braun II. p. 26. ubi editio Capituli de Retentione decimarum, ut videtur, diuersa excitatur.*

\* 40. Tractatus de arboribus consanguinitatis, adfinitatis, cognationis spiritualis & legalis. *Char. eod. goth. cum sign. et figuris arborum lign. incis. col. 2. foll. 7. fol.*

*Braun II. p. 27. Zapf l. c. p. 248.*

41. ITINERARIUM seu Peregrinatio B. V. Mariae. *Fol. I. a. Prefatio in itinerarium seu peregrinationem: beate virginis et dei genitricis marie. In fine: Finis itinerarii seu peregrinationis beate marie virginis. Folia 19. utrinque Iconibus xylographicis ornata, quarum Prima integram paginam occupat, paginis reliquis trifariam sectis. Char. goth. ut videtur Alberti Kune, sine sign. cust. 3 pagg. num. lin. 32. foll. 36. 4. min.*

*Denis Suppl. p. 594. Helmschrott II. p. 50. Zapf l. c. p. 249.*

\* 42. ALBERTVS MAGNVS de virtutibus herbarum. de virtutibus lapidum de virtutibus animalium, de mirabilibus mundi. Paruum regimen sanitatis valde utile. *Haec in fronte fol. I. a. Infra Icon. In fine Mirabil. mundi: Explicet Albertus magnus de mirabilibus mundi. Sequitur Regimen contra Pestilentiam, siue Epidimiam, Reuerendissimi domini Raminti Episcopi Arusiensis Ciuitatis regni dacie artis medicine experientissimi professoris. Char. goth. Alb. Kune foll. 24. 4.*

*Zapf l. c. p. 251.*

- \* 43. FORMULARIUM Instrumentorum Camerae apostolicae. Praecedit Tabula Instrumentorum, foll. 5. Agmen claudunt: Bulla execrabilis Jo. XXII. de prebendis et dignitatibus specialiter sedi apostolicae reservatis: Bulla pape Pauli contra Simoniacos: Paulina de rebus ecclesie non alienandis. In fine nulla subscriptio. Char. gotb. Alb. Kune cum sign. foll. 124. fol. min.  
Gras p. 226. Zapf l. c. p. 249.
- \* 44. Tractatus solennis multum predicabilis. In quo materia de quolibet sancto figura, natura, et exemplo elegantissime probatur. Char. gotb. Alberti Kune, cum sign. foll. 16. 4.  
Meusel. hist. litter. Magaz. II. p. 268. Zapf p. 249.
- \* 45. Pronostica YPOCRATIS cum aliis notatis &c. Char. eod. gotb. foll. 4. 4.  
Ibid. p. 269. Zapf p. 251.
- \* 46. GALVANI Bononiensis Tractatus de differentiis legum et canonum. Char. Alb. Kune. 4.  
Schelhorn Beytr. I. p. 83. Zapf p. 250.
- \* 47. SUMMARIVM Biblie. 4.  
Schelhorn l. c. p. 83. Zapf p. 250.
- \* 48. Speculum aureum animae peccatricis à quodam Carthusiano editum. 4.  
Schelhorn l. c. p. 84. Zapf p. 250.
- \* 49. Indulgentiae et certa privilegia Ordinis S. Antonini. fol.  
Schelhorn l. c. p. 84. Zapf p. 250.
- \* 50. LIBER FACETI docens mores hominum praecipue iuuenum carminice. In fine:  
Id modo precipuum de Duderstat impressisse Albertus.  
Gaudet opus multa nomina gerens. 4.  
Schelhorn l. c. p. 84. Zapf p. 250.
- \* 51. Augustanae ecclesiae statuta Synodalia sub Friderico Episcopo. 4.  
Schelhorn l. c. p. 84. Zapf p. 251.
- \* 52. Informatio perutilis de fraternitate et rosario gloriose virginis Marie. In fine:  
Inclita pura pia castissima virgo Maria  
Esto salutata semper cum prole beata  
Me tibi virgo pia commendo semper Maria. foll. 2. 4.  
Meusel l. c. p. 271. Zapf p. 252.
- \* 53. Mandatum Judicum. In fronte: Iudices Curie Augustens. Vniversis & singulis ecclesiarum parochialium: Rectoribus: Plebanis: Vice plebanis. Ceterisque presbyteris. Salutem in domino &c. Datum et decretum in Opido Dillingen Anno a Natiuitate domini. Millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto. XVIII. Kalendas Februarii. foll. 3. 4.  
Meusel l. c. p. 271.
- \* 54. Modus latinitatis. Memmingae per Alb. Kunne. 4.  
Bibl. monast. Buxh. Est forte editio anni 1488.



## CII. MESSANAE.

MCCCCLXXIII.

I. Comincia la VITA del glorioso sancto HIERONIMO doctore excellentissimo. *In fine*: Finita e questa opera nella magnifica cita Messina di sicilia per Mastro rigo (Henricum Alding) dalamanca con diligentissima emendacione nel anno di la salute M.CCCC. LXXIII. a di XV. d'April. Deo Gracias. sequitur Registrum quaternionum. Char. rom. sine sign. cust. & pagg. num. 4.

*Denis Suppl. p. 26. ex Memorie per servire alla storia letteraria di Sicilia T. I. p. 5. Ex eodem fonte Tiraboschi l. c. p. 440. De hoc typographo scribit J. Petrus Apulus in calce Libri Regalium Constitutionum &c. editi Messanae per Andream de Bruges 1497. fol. Jam sunt anni sex et viginti - impressor Henricus nomine cum operariis ab urbe Roma Cathinam (Catanam) venit adlectus magna spe lucri (bene ratus si fata iuvisent et vota complessent) Messanam divertit &c. Ergo iam 1471. in Siciliam adpulis Schweinhemii et Pannarzii, aut Hahnii prius τυσεργος.*

MCCCCLXXVIII.

\* 2. La VITA et transito e li miracoli del beatissimo HIERONIMO. *In fine*: Finita e questa opera nella magnifica cita Messina di sicilia per Mastro rigo dalamanca con diligentissima emendacione nel anno di la salute 1478. a di 14 d'april. DEO GRACIAS. Sequitur Registrum. Char. rom. sine sign. cust. & pagg. num. lin. 30. 4.

*Bolognaro - Crevenna Vol. IV. p. 56. sqq. Rossi p. 53.*

\* 3. PSALTERIUM latinum. Messanae per Henricum Alding 1478. 4.  
*Editio rarissima, hucusque a nemine excitata. Rossi p. 44.*

MCCCCLXXXVI.

4. Historia preliorum Alexandri Magni Macedonum Regis. Messanae MCCCC LXXXVI. fol.

*Maitt. p. 479. not. 10. Ex Orland. p. 206. March. hist. p. 81. ex eodem fonte. Editio spuria, non Messanae. sed potius Argentorati h. a. impressa. Exemplo, quo usus est Orland. adhaerebat sine dubio Historia Troiana Guid. de Columna MESSANEN. Inde errorem natum esse, non sine ratione, puto.*

MCCCCXCVII.

5. Capitula et Constitutiones REGNI SICILIAE collectore JOANNE PETRO APVLO Messanenfi J. V. Doctore. Messanae apud Andream de Bruges 1497. fol.

*Maitt. p. 650. ex Mongitor. Bibl. Sicul. App. p. 24.*

MCCCCXCVIII.

6. Historia antiquissima DICTYS CRETENSIS & DARETIS PHRYGII. *In fine*: Finit historia antiquissima Dictys Cretensis et Daretys Phrygii de bello Troianorum ac Graecorum in nobili urbe Messanae cum eximia diligentia impressa per Guillelmum Schonberger de Frankfordia Alamanum tertio decimo Kalendas Junii M.CCCC.XCVIII. 4.

*Maitt. p. 667. Gaign. II. p. 81. Rossi p. 61.*

MCCCCXCIX.

7. JACOBI MAZAE O. M. Scala di virtuti et via de Paradiso necessaria ad omni fidelissimo Cristiano noviter composta. *In fine in longiore Epilogo Auter*: perche questa  
com-



compossi in Insula Liparitana: essendo in quilla exulato - et preyi Dio per me Frati Jacupo Maza de la Cita di Rhigio de la provincia de Calabria de li Ordini Minori - di Sancto Francisco &c. *Impressum in nobilissima Civitate Messana per Gulielmum Schomburg de Francfordia Alamanni. Anno Domini MCCCCXCIX. die vero Octobris XXIII. Sigillum. Char. gotb. 4.*

*Denis Suppl. p. 469.*

## SINE NOTA ANNI.

\* 8. PHALARIDIS Tyranni Agrigentini Epistolae per Franciscum Aretinum e Graeco in Latinum traductae. *In fine:*

*Qui modo notus erat nulli penitusque latebat*

*Nunc Phalaris doctum protulit ecce caput.*

*Nobili in urbe Maessana, per Henricum Alding.*

*Sequitur registrum quaterniorum et foliorum. Char. rom. sine sign. cust. 3 pagg. num. 4.*

*Laure Ind. I. p. 168. sq.*

## CIII. M O G V N T I A E.

MCCCCLVII.

I. PSALTERIUM latinum. *In fine sequens subscriptio typis miniatis expressa legitur:*

*Presens spalmorum (sic) codex. venustate capitalium decoratus*

*Rubricationibusque sufficienter distinctus.*

*Adiuvatione artificiosa imprimendi ac caracterizandi.*

*absque calami vlla exaratione sic effigiatus. Et ad euse-*

*biam dei industrie est consummatus. Per Johannem fust*

*Ciuem maguntinum. Et Petrum Schoffer de Gernszheim.*

*Anno dñi Millesimo CCCC.LVII. In vigilia Assumptionis. fol. mai.*

PRIMVS est ab inventione artis typographiae liber impressus, qui certam et loci et temporis et typographi notam ostendit. Typi seu characteres sunt sculpti et magnitudine alios, ita dictos missales, longe superant. Foliis absolvitur CXLIII. (alii tamen CXXI, alii CLXIX alii CLXXV. numerant) quorum CXXXVI. colore rubro numerum in medio superioris primae paginae lineae expressum ostendunt, reliqua vero folia numero carent. Quaelibet pagina lineas habet viginti. Litterae initiales, ita dictae florentes, quarum fere sunt ducentae, non calamo pictae, sed ligno affabre incisae atque triplici colore expressae sunt. Ceterum Codex hic, in membrana impressus, horis canonicis publicoque usui dicatus, Psalmos non eodem ordine, uti in Bibliis extant, ordinat, sed uti publice cantabantur; complectitur ergo alios hymnos quosdam et preces. Praemissum est Calendarium constans foliis sex. Post litaniam omnium sanctorum et orationes sequitur subscriptio. Ad calcem prostant in quibusdam exemplaribus insignia Fusti et Schofferi, quae ab aliis absunt. Sex tantum huius Psalterii exemplaria haecenus innotuerunt. Uberiorem notitiam huius codicis dat b. Schelhorn. in Riedereri Abhandl. Vol. I. p. 1. sqq. Cf. Maitt. p. 270. Schwarzii docum. II p. 7. Masch P. II. Vol. III. p. 262. sq. Würdtwein Bibl. Mogunt. p. 55. ubi et subscriptio finalis aeri incisa exhibetur. Zapf. Buchdr. Gesch. von Mainz p. 7. sqq. Extat etiam exemplum in Biblioth. Goettingens.

MCCCCLIX.

## MCCCCLIX.

2. PSALTERIUM, sive Liber choralis. In fine: Presens Psal'morum codex: venustate capitalium decoratus, rubricationibusque sufficienter distinctus. artificiosa imprimendi ac caracterizandi absque ulla calami excaratione sic effigiatus. et ad laudem dei et honorem sancti yacobi est consumatus per Johannem Fust civem Maguntinum et Petrum Schoifber de Gernszbeym clericum. Anno dni Millesimo CCCC.LIX. XXX. (alii XXIX.) die mensis Augusti. Char. et Initiales, ut in edit. 1457. sed lineae 23. foll. CXXXVI. fol.

Schwarz l. c. p. 8. ubi exemplum excitatur, quod in Coenobio Patrum Carthusianorum extra moenia Civitatis Moguntinensis sito, in membrana extat. Denis Suppl. p. 1. Würdtw. l. c. p. 61. Heinecke Idée generale p. 273. Mercier Suppl. p. 18. Gerken. Reis. Vol. III. p. 53. ubi diversitas in subscriptione exemplarium, quae Moguntiae in monaster. ad S. Albanum & ad S. Victorem asservantur, notatur. In illo enim legitur: ad laudem Dei ac honorem S. Albani; in hoc vero: ac honorem S. Victoris. Zapf l. c. p. 14. Laire I. p. 12. in membrana.

3. GUILIELMI DURANTI Rationale diuinorum officiorum. Fol. I. a. rubro: Incipit rationale diuinorum officiorum. In fine fol. 160. a. col. 2. post novem lineas textus, rubro:

Presens rationalis diuinorum codex officiorum venustate capitalium decoratus. rubricationibusque distinctus. Artificiosa adinventione imprimendi ac caracterizandi: absque calami excaratione sic effigiatus. Et ad eusebiam dei industrie est consummatus Per Johannem fust civem Maguntinum. Et petrum Gernszbeym. Clericum diocesis eiusdem. Anno dni Millesimoquadringsimo quinquagesimonono. Sex die Octobris.

Char. semigothic. nitido. Sine sign. cust. & pagg. num. column. 2. foll. 160. (Schwarz. foll. 162. male!) lin. 63. Rubricae librorum et capitulorum, litteraeque initiales rubro colore impressae. Litterae maiores initiales librorum ligno incisae sunt; hae vero in quibusdam exemplis absunt. Omnia, quae hactenus innotuere exempla, membranacea sunt, unico excepto, quod membranis et chartis mixtim est impressum. fol. mai.

Maitt. p. 272. Schwarz. docum. II. p. 9. Würdtwein l. c. p. 65. Zapf l. c. p. 16. de la Vall. I. p. 64. Gaign. I. p. 47. Catal. Bibl. Schwarz II. p. 61. Askew p. 57. Bolongar. Crevenna I. p. 66. sq. Pinelli I. p. 129. Laire Ind. I. p. 13. Zapf p. 16. Clement VII. p. 466. Bibl. P. Nor.

## MCCCCLX.

4. CONSTITUTIONES CLEMENTINAE. Fol. I. a. rubro: Incipiunt constitutiones clementis pp. V. vnacum apparatu dni. Jo. andree. In fine fol. 48. b. rubro:

Presens Clementis pape quinti constitutionum codex. vnacum apparatu dni Joh. an. Suis rubricationibus sufficienter distinctus. Artificiosa adinventione imprimendi. ac caracterizandi.

absque

absque ulla calami exaratione sic effigiatus: et ad eusebiam dei  
 industrie est consummatus. Per Johannem fust ciuem Moguntin.  
 Et petrum Schoiffer de gernsheim. Clericum dioecsis. eiusdem.  
 Anno domi. M.CCCC. Sexagesimo. XXV. die Mensis Juny.

Sequitur Regula S. Francisci, quae incipit: Exiui de paradiso &c. foll. 2. Char. semi-  
 gotb. in-textu maior, in gloss. minor. Rubricae, et quaedam litterae initial. rubro co-  
 lore impressae. Sine cust. sign. pagg. num. col. 2. fol. mai.

Editio originalis. Maitt. p. 272. Schwarz. doc. II. p. 11. Würdtwein p. 71. Zapf l. c.  
 p. 21. de la Vall. I. p. 324. Gaign. I. p. 179. Gras p. 1. Bibl. P. Nor. in membrana.

5. JOHANNIS BALBI DE JANVA Catholicon. In fronte rubro: Incipit summa que vo-  
 catür catholicon-a fratre iohanne de ianua. ordinis fratrum predicatorum. Comprehen-  
 duntur in hoc Catholico Grammatica et Lexicon seu Vocabularium. Grammatica quae  
 praemittitur sic incipit: Partes Grammaticae sunt quatuor, scilicet Orthographia, Ety-  
 mologia, Diasyntactica et Profodia. Principaliter in isto tractatu siue libro intendo de  
 Profodia: licet etiam de aliis tribus partibus aliqua tangam &c. Grammatica haec foliis  
 constat 64. Vocabularium incipit ab A. Alma, et desinit cum vocabulo: Zozimus. Dein  
 sequitur: Imensas omnipotenti deo patri et filio et spiritui sancto graciaram referimus  
 actiones, cum sequenti clausula finali: Altissimi presidio cuius nutu infantium lingue  
 sunt diserte. Quique numero sepe parvulis reuelat quod sapientibus celat. hic liber egre-  
 gius. CATHOLICON. dominice incarnationis annis M.CCCC.LX. Alma in urbe maguntina  
 nacionis inclite germanice. Quam dei clementia tam alto ingenii lumine. donoque gratuito.  
 ceteris terrarum nacionibus preferre. illustrareque dignatus est. non calami. stili aut pen-  
 ne suffragio, sed mira patronarum formarumque concordia proportione ac modulo. im-  
 pressus atque confectus est.

Hinc tibi sancte pater nato cum flamine sacro  
 laus et honor domino trino tribuantur et uno.  
 Ecclesie laude libro hoc catholice plaude,  
 Qui laudare piam semper non linque mariam.

DEO GRACIAS.

In subsequente pagina penultima: Sequitur tabula rubricarum huius voluminis et primo  
 de Orthographia I. de Littera II. de Diphtongis III. &c. ultima huius paginae sunt: De  
 Synecdoche CXXVII. Pagina ultima numerat solummodo in prima columna lineas 8. duae  
 ultimae lineae sic habent: Quinta pars huius operis tractat de ethimologia rectum litte-  
 rarum alphabeti ordinem tenens CXXXIII. Char. goth. rudior. sine sign. cust. et pagg.  
 num. cum abbreviat. mult. col. 2. lin. 66. foll. 373. fol.

Editio prima. Maitt. p. 271. Würdtw. l. c. p. 66. Zapf. p. 18. Bibl. R. Paris. B. L. P. I.  
 p. 58. de la Vall. II. p. 6. Gaign. I. p. 371. Crevenna III p. 28. Bolongar - Crevenn. III.  
 p. 33. Laire Ind. I. p. 56. Bibl. Goetting. Askew. p. 79. cf. J. R. Schlegelii Prolus. I.  
 de libris quibusd. rar. Bibl. P. Heilbron p. 3. sqq ubi uberius notitia huius operis varia-  
 rumque eius editionum extat. Typis Guttenbergii impressum esse codicem hunc post Schwar-  
 zium (Docum. II. p. 12.) asseruit Meermann. Origin. typogr. II. p. 95. not. 9. Vero  
 similis autem aliis visum est, prodisse illum ex Fausti Schoefferique officina. Interim  
 typos a Faustinis et Schoefferianis differre certissimum est. Conveniunt potius cum illis

quibus postea Nicolaus Bechtermunze imprimere solebat, qui instrumenta Jo. Guttenbergii a Conrado Homery redemisse putatur; non plane itaque improbabilis est illorum sententia, qui hoc opus Guttenbergio vindicant.

## MCCCCLXII.

6. BIBLIA latina, iuxta Vulgatam editionem. Editio duobus constans voluminibus. In fine Voluminis primi, colore rubro impressa haec verba leguntur: Explicit Psalterium. His subiecta, eodemque colore impressa conspicitur anni nota, nimirum: Anno M (intermedia sunt typographorum insignia) CCCC.LXII. Haec insignia desunt in quibusdam exemplaribus. In fine Vol. II. rubro colore: Praesens hoc opusculum (al. opus) Artificiose adinventionem imprimendi seu caracterizandi, absque calami excaratione, in ciuitate Moguntina sic effigiatum, et ad eusebiam dei industrie per Johannem fust ciuem et Petrum schoiffber de gernsbeym clericum diotes eiusdem est consummatum. Anno dni. M.CCCC.LXII. In vigilia assumptionis virg. marie. Insignia typograph. Fausti & Schoefferi. In aliis exemplis legitur: Praesens hoc opusculum finitum, ac completum, et ad eusebiam dei industrie in ciuitate Maguntina per Johannem fust ciuem et Petrum schoiffber de gernsbeym clericum diotes eiusdem est consummatum. Anno incarnacois dnice M.CCCC.LXII. In vigilia assumptionis gl' se virginis marie. Insign. typogr. Characteres elegantes sunt, figura ad literas manu ductas proxime accedentes. Paginae singulae in duas columnas distinctae sunt. Columna quaeuis integra 48 habet lineas. Custodes, signat. pagg. num. desunt. Epilogi librorum &c. rubro colore impressi sunt. Integrum opus foliis 481. (Masch. 491.) constat. Ceterum differentiae, quae inter exemplum, quod Cl. Maschius l. c. P. II. Vol. III. p. 98. descripsit, et inter illud, quod in Bibliotheca Ingolstadiensi asservatur, cuiusque adcuratam notitiam debemus Cl. Seemillero (Exercit. bibliogr. critic. de latinor. Biblior. Mog. 1462. duplici editione) observantur, diversam omnino editionem prodere videntur. fol. mai.

Editio bibliorum latinorum omnium prima, quae notam anni, loci et typographorum expressam habet. Maitt. p. 272. Würdtw. p. 72. Zapf p. 22. Bibl. R. Par. I. p. 4. Subscriptio, ut in exemplo Ingolstadiensi: de la Vall. I. p. 9. Subscriptio, ut in exemplo, quod Masch. descripsit. Schwarz. doc. II. p. 14. Bolongaro. Crevenna I. p. 15. Mittar. p. 59. et Goetz. I. p. 5. eadem subscriptio. Pinelli I. p. 15. in charta: Volumen duntaxat primum. Seemiller I. p. 1. Gaign. I. p. 7. ter in membr. Catal. Bibl. Soubise p. 8. Bibl. Goetting.

## MCCCCLXV.

7. Liber sextus decretalium BONIFACII VIII. Pont. Max. Praecedunt foll. 4. Declaratio arboris consanguinitatis et affinitatis Jo. Andreae. Opus ipsum incipit fol. 1. a. col. 2. bis uerbis, rubro colore expressis: Incipit liber sextus decretalium dni bonifacii pape VIII. &c. In fine (exempli, quod in Bibl. P. Norimb. extat) fol. 137. a. col. 2. rubro: Praesens huius sexti decretalium preclarum opus, non atramento, plumali canna neque aerea, sed artificiosa quadam adinventionem imprimendi seu caracterizandi sic effigiatum, et ad eusebiam dei industrie est consummatum per Johannem fust ciuem moguntinum et Petrum schoiffber de gernsbeym. Anno domini. M.CCCC. sexagesimo quinto Die vero decima septima mensis decembris. Textus 2. col. char. mai. glossae minor. sine sign. cust. & pagg. num. foll. 137. Aliam subscriptionem afferunt non solum Maittaire p. 273. sed et alii, videlicet: Praesens huius Sexti Decretalium preclarum opus alma in urbe  
Magun-

*Maguntina* inclyte nationis germanice. quam dei clementia tam alti ingenii lumine donoque gratuito ceteris terrarum nationibus preferre illustrareque dignatus est, non atramento, plumali canna neque aërea, sed artificiosa quadam adinventione imprimendi seu caracterizandi sic effigiatum et ad eusebiam dei industrie est consummatum per Johannem Fust civem et Petrum Schoffber de Gernsheim. Anno dñi M.CCCC.LXV. die vero XVII. mensis Decembris. fol. mai.

*Editio prima. Maitt. p. 273. Würdtw. p. 85. Zapf p. 31. de la Vall. I. p. 323. Schwarz. docum. II. p. 16. sq. Gaign. I. p. 180. Bibl. Heidegg. in membr. Bibl. P. Nor. in membr.*

8. M. T. CICERONIS Officia et Paradoxa. *In fine: Præfens Marci tullii clarissimum opus Johannes fust Moguntinus civis. non atramento. plumali canna neque aërea. sed arte quadam perpulcra. Petri manu pueri mei feliciter effeci finitum. Anno. M.CCCC.LXV. Codex hic rarissimus constat quaternionibus undecim, quorum unusquisque habet folia VIII. sive plagulas IV. Quaelibet pagina integra lineas habet 28. In universum folia sunt LXXXVIII. In fine libri III. Offic. fol. 76. a. hi leguntur versus:*

*Tulius hesperios cupiens componere mores.*

*Edidit hos libros appellans officiorum.*

*Quo solo ferus extinctus est furor cateline.*

*Conscilio superum custos directus ad urbem*

*Lux orbis. patrieque salus. mens tota senatus.*

*Hic plus sole micat cruciatus propter honestum.*

*Paradoxa incipiunt fol. 76. b. cum hac inscriptione colore rubro impressa: Marci Tullii Ciceronis paradoxa incipiunt. In fine fol. 85. b. Marci Tullii Ciceronis paradoxa finit. Sequitur fol. 86. a. sequens inscriptio: Versus. XII. Sapientum scilicet Baxilii. Asmenii-Maximini et Vitalis positi in Epitaphio Marci Tullii Ciceronis. In fine horum versuum fol. 87. b. legitur: Appollonius Rhetor grecus secundum Plutarcum: Te nempe cicero et laudo et admiror. sed grecorum fortune me miseret. cum videam eruditionem et eloquentiam. que sola bonorum nobis relicta erat. per te romam accessisse. Post haec verba sequitur subscriptio supra iam adducta. Haec omnia claudit fol. 88. a. Horatii Carmin. Lib. IV. Od. 7. cum hoc titulo: Manlio torquato. Flaccus. de vite humane brevitate. per comparisonem temporis hec. Diffugere niues &c. [ In exemplo, quod extabat in Bibl. Com. de la Valliere II. p. 39. sequuntur insignia typographorum, quae exemplum, quod excitatur in Bibl. Bologn. Crev. II. n. 1748. non habebat. ] Verba graeca typis quidem, at minus accuratis expressa sunt. Primae librorum et capitum literae non sunt impressae. Typi sunt figura exiliore, ducto Gothico. Frequentissime occurrunt abbreviationes. Literarum binarum aut plurium crebro fit nexus. Vix ulla distinctionis nota, praeter punctum. Nullus ae aut oe diphthongorum usus &c. Extant exempla tam in membranis, quam in charta; an autem illa ita inter se diversa sint, ut tres huius anni editiones statuere, necesse sit, aliis diiudicandum relinquimus. 4. mai. seu fol. min.*

*Editio primaria princeps. Maitt. p. 274. Schwarz. l. c. p. 18. Würdtw. p. 86. de la Vall. II. p. 39. Deltoph. II. p. 20. sq. Bodl. I. p. 281. Askew p. 50. Gaign. I. p. 387. Goetz I. p. 6. Clement. VII. p. 131. Zapf l. c. p. 32. Bibl. Heidegg.*

MCCCCLXVI.

9. M. T. CICERONIS officia et paradoxa. *Fol. I. a. rubro*: Marci Tullii Ciceronis Arpinatis. consulisq; romani. ac oratorum maximi. Ad M. Tullium Ciceronem filium suum. Officiorum liber incipit. Prefatio generalis in libros omnes.

(Q) Vanq; te marce fili. annum  
iam audiētem cratippū. idque

*Fol. 33. a. rubro*: Marci Tullii ciceronis de officiis liber finit primus. Marci Tullii Ciceronis. latine eloquentie parentis. de officiis liber secundus. *Fol. 52. a. rubro*: Marci tullii ciceronis de officiis. scdus finit. Incip. eiusdē de officiis liber tertius. *Fol. 76. a. in fine libri tertii, qui nullam subscriptionem habet, versus*:

Tulius hesperios cupiens componere mores.

Edidit hos libros &c.

*Fol. 76. b. incipiunt Paradoxa, praemissa inscriptione rubro*: Marci Tullii Ciceronis paradoxa incipit. *Terminantur fol. 85. b. sine subscriptione. Linea 19. et ultima*: diuites. sed etiā inopes. ac pauperes estimandi sunt. *Fol. 86. a. incipiunt Versus XII. Sap. hac praemissa notitia*: [V]ersus. XII. sapientū. scilicet. Baxilii. Asmenii. Liomani. Euforbii. Juliani. Hilasii. Palladii. Asclemadis. Eustenii. Pompeliani. Maximini. et Vitalis. posita in Epithaphio. Marci Tullii Ciceronis. *Terminantur fol. 87. b. lin. 4. sequitur*: Apollonius Rhetor grecus ism Plutarcum. Te nempe cicero. et laudo et admiror. sed grecorum fortune me miseret. cum videam erudicionem et eloquentiam q. sola bonorum nobis relicta erat. p. te romam accessisse. *Tandem rubro*:

Praesens Marci tullii clarissimū opus. *Jobannes fuit Moguntinus ciuis. non atramento. plumali canna neque aerea. Sed arte quadam perpulcra. manu Petri de gernsbem pueri mei feliciter effeci finitum. Anno. M.*

*CCCC. Lxvi. quarta die mensis february. 2c.*

*Fol. 88. a. Manlio torquato. Flaccus. de vite humane breuitate. p. opaconem tpsis hec.*  
Diffugere niues: redeunt iam gramina campis  
Arboribusque come. &c.

Nec lethea valet theseus abrumpere caro.

Vincula pyrithoo. *Pag. aversa vacua.*

*Sine sign. cust. & pagg. num. lin. 28. Rubr. rubro col. express. 4. mai.*

*Editio repetita; quae praeter subscriptionem, varias ostendit differentias, licet ceterum editioni anni 1465; quoad dispositionem, accurate respondeat. Maitt. p. 274. not. I. Würdtw. p. 86. Zapf p. 35. Schwarz. doc. II. p. 18. ubi uberior notitia. de la Vall. II. p. 39. Gaign. I. p. 387. Clement VII. p. 134. Bibl. Heidegg. Bibl. Moerl. I. p. 25. in membr. Goetz III. p. 506.*

10. GRAMMATICA rhythmica. *In fine*:

*Actis ter deni iubilaminis octo bis annis.*

*Moguncia reni me condit et imprimit annis.*

*Hinc nazareni sonet oda per ora Jobannis.*

*Namque sereni luminis est scaturigo perennis.*

Char.

Char. goth. sine sign. cust. & pagg. num. foll. 11. Jubilea 29. ex instituto Clementis VI. 50. annis constantia, dant annos 1450. quibus si addas 16. annos Jubilei ter deni seu 30. ineuntis, habes annum impressionis 1466. Aenigma chronologicum simile recurret anno 1468. unde haereo Guttenbergianae an Faustianae officinae libellum utrumque adtribum. annus enim praesens Fausti emortualis est; annum 1468. Guttenbergius vivendo attigisse videtur. Nomen Johannis utrique fuit, cuius epitheton Nazareni ad illud Luc. 1. 15. forte alludit: Vinum et siceram non bibet. fol. min.

Denis Suppl. p. 1. sq. Würdtwein p. 86. sq. Laire I. p. 62. Zapf p. 38.

## MCCCCLXVII.

II. S. THOMAE DE AQUINO Secunda Secundae. In fine ante tabulam, caractere parvo & nigro: Hoc opus preclarum secunda secunde Alma in urbe moguntina inclite nacionis germanice. quam dei clementia tam alti ingenii lumine. donoque gratuito. ceteris terrarum nacionibus preferre illustrareque dignatus est. Artificiosa quadam adinventione imprimendi seu caracterizandi absque ulla calami exaracione sic effigiatum. et ad eusebiam dei. industrie est consummatum per Petrum schoiffber de gernszheim. Anno dni. M.CCCC.LXVII. die sexta mens. marcii. Sequitur index, in cuius fine: Explicit ordo et signatio questionum scdi libri secunde ptis bti Thome de aquino. benedictus deus Amen. Char. goth. sine signat. cust. & pagg. num. col. 2. lin. 59. fol. max.

Editio princeps, secunda forsitan? Argentoratensem enim Mentelii s. a. praecessisse hanc; putatur. Maitt. p. 277. Idem p. 285. ad ann. 1499. male! Würdtw. p. 89. Zapf p. 39. Schwarz. doc. II. p. 22. Bolong. Crevenna I. p. 123. sq. Gesner p. 20. Gaign. I. p. 73. Rossi p. 47. Laire Ind. I. p. 65. Lues, quae anno 1466. afflixit Luteriam. et Faustum abstulisse videtur. Post haec enim solus ubique Schoefferus in libris Moguntiae impressis, occurrit.

12. CLEMENTIS Papae V. opus constitutionum cum apparatu Johannis Andreae. In fronte fol. 1. a. Incip. constitutiones cle. ppe V. vnacum apparatu dni Jo. an. In fine: Praesens clementis quinti opus constitutionum clarissimum. Alma in urbe maguntina. inclite nacionis germanice. quam dei clementia. tam alti ingenii lumine. donoque gratuito ceteris terrarum nacionibus preferre. illustrareque dignatus est. artificiosa quadam adinventione imprimendi seu caracterizandi absque ulla calami exaracione sic effigiatum et ad eusebiam dei, industrie est consummatum per Petrum Schoiffber de gernszheim. Anno Dnice incarnationis M.CCCC.LXVII. octava die mensis Octobris. Insignia typographorum non sunt addita. Sequuntur tamen in duabus plagulis: Regula Sti Francisci et Constitutio Johannis Papae XXII. data Auenione, XIII. Kal. Decembris. Pontificatus eius anno secundo. fol. mai.

Editio secunda: Maitt. p. 227. Würdtw. p. 89. Zapf p. 40. de la Vall. I. p. 324. in membr. Schwarz. l. c. H. p. 22. Eiusd. Catalog. II. p. 67. in charta. Gaign. I. p. 179. Laire Ind. I. p. 64.

\* 13. JOANNIS DE JANVA Catholicon. In fine: Praesens hoc opusculum non stili aut penne suffragio sed nova artificiosaque invencione quadam ad Eusebiam Dei industrie per Henricum Bechtermuntze pie memorie in Altavilla est inchoatum et demum sub anno dni MCCCCLXVII. ipso die Leonardi confessoris qui fuit quarta die mensis Novembris

per Nicolaum Bechtermuncze fratrem dicti Henrici et Wigandum Spyes de Otbenberg  
est consummatum. 4.

*Editionem hanc rarissimam, omnibusque literatoribus hactenus incognitam, excitat Laire  
Ind. I. p. 59. ex qua patet, Bechtermuntios iam ante annum 1469. artem exercuisse typo-  
graphicam.*

MCCCCLXVIII.

14. JUSTINIANI Imperatoris Institutiones cum glossa. In fine Libri quarti colore  
rubro impressa haec leguntur. Praesens institutionum preclarum opus Alma in vrbe ma-  
guntina inclite nationis germanice. quam dei clementia tam alti ingenii lumine. dono-  
que gratuito. ceteris terrarum nationibus preferre. illustrareque dignatus est. non atra-  
mento communi. non plumali canna. neque erea. sed artificiosa quadam adinventione  
imprimendi seu caracterizandi sic effigiatum: et ad eusebiam dei industrie est consumma-  
tum per Petrum schoyffer de gernsbeym anno dnice incarnationis Millesimo CCCC. LXVIII.  
vicesima quarta die mensis Maii. His uerbis subiiciuntur uersus: Seema tabernaculi Moi-  
ses salomoque templi &c. atro colore excusi, qui, quamuis admodum rudes sint, non  
parum tamen faciunt ad historiam typographiae illustrandum. Recusos ideo uariisque ob-  
servationibus illustratos illos nobis dedit Schwarz. l. c. II. p. 24. III. p. 17. sqq. Schel-  
born. amoen. litter. IV. p. 303. Id. amoen. eccl. T. I. p. 942. His uersibus in exemplari,  
quod olim in Bibliotheca Rinkiana extabat, insignia Fauſti et Schoefferi minio expressa,  
subiecta erant; quae in aliis exemplis non inveniuntur. Text. char. mai. col. 2. glossae  
minor. Sine cust. sign. 3 pagg. num. Rubricae libror. et titulor. rubr. color. impressae.  
fol. mai.

*Editio originalis. Maitt. p. 280. Würdtw. p. 90. Zapf p. 91. Seemiller I. p. 9. Pinelli I.  
p. 175. Gemeiner p. 7. Schwarz II. p. 68. Laire Ind. I. p. 67.*

15. Rudimenta GRAMMATICAE; Partes II. Prior rhythmis constat pseudotrochaicis  
praecedente hoc disticho:

O patris eternis fons deriuata scatebris.

Fontis ab internis nunc rutila tenebris.

Ad calcem rursus disticha, quorum ultima:

At moguntina sum fusus in vrbe libellus.

Meque domus genuit unde caragma venit.

Terſeno sed in anno terdeni iubilei.

Mundi post columnen qui est benedictus Amen.

[Jubileum ex instituto Clementis VI. P. R. 50 annorum spatium conficit. Quare Ju-  
bilea 29 annis 1450 definiuntur. His si addideris Jubilei terdeni seu trigesimi ineuntis  
primos terſenos sive octodécim annos, habebis annum 1468.] Typi, ut Bibliorum an-  
ni 1462. sed summariorum marginalium maiores, ut Psalterii 1457. foll. 17. Pars al-  
tera Commentarius est in primam et uidetur paulo tardius impressa. In fine:

Omnipotenti queque scienti cuncta fauenti

Nostro summo pio gloria principio.

Charact. quo usus est Fauſtus 1467. pro Secunda Secundae, Th. de Aquino col. 2. foll. 25.  
(27.) fol.



*Denis Suppl. p. 2. sq. Laire Ind. I. p. 66. Zapf p. 44. Gaign. I. p. 365. cum titulo: Regule grammaticales versibus latinis expositae, cum concordantiis ex Prisciano desumptis. Auctorem germanum fuisse credibile est, cum Alamanniam, Misniam, Rochlicium in exemplis citet.*

16. S. CHRYSOSTOMI Homiliae in Mathaeum Georgio Trapezuntio interprete, Moguntiae per Johann. Fust 1468. fol.

*Maitt. p. 281. Würdtw. ex Deburio p. 96. Editio sine dubio apocrypha. Forte illa est, quam affert Denis p. 538. sine nota anni.*

## MCCCCLXIX.

17. S. THOMAE AQUINATIS Commentarius in librum quartum Sententiarum Petri Lombardi, dictus QUARTVM SCRIPTVM S. THOMAE. Incipit opus sine inscriptione sequentibus verbis: Misit verbum suum et sanavit eos &c. In fine subscriptio caractere maiori et rubro colore impressa: Praeclarum hoc opus quarti scripti sancti Thome de aquino. Alma in vrbe moguntina. inclite nacionis germanice. quam dei clementia tam alti ingenii lumine. donoque gratuito (sic) ceteris terrarum nacionibus preferre illustrareque dignata est. Artificiosa quadam adinuencione imprimendi seu caracterizandi absque ulla calami exaracione sic effigiatum et ad eusebiam dei industrie est consummatum per petrum schoiffber de Gernsbem. Anno dni millesimo quadringentesimo sexagesimo nono. tredecima die Junii. Sit laus deo. Insignia typographi rubro colore expressa. Char. gotb. min. 2. colum. 60. lin. Sine sign. cust. 3. pagg. num. foll. 274. fol. mai.

*Editio prima. Maitt. p. 284. Würdtw. p. 98. Zapf p. 44. Gesner p. 20. Schwarz. doc. II. p. 25. sq. Catalog. Biblioth. eiusd. II. p. 70. Seemiller I. p. 16. Braun I. p. 126. Helmschrott p. 2. de la Vall. I. p. 190. Gaign. I. p. 74. Pinelli I. p. 160. Laire Ind. I. p. 74. sq. Bologn. Crevenna I. p. 122.*

18. VOCABULARIUM latino teutonicum. Incipit: Ex quo vocabularii varii autentici &c. In fine: Presens hoc opusculum non stili aut penne suffragio sed nova artificiosaque invencione quadam ad eusebiam dei industrie per Nicolaum Bechtermunze in Eltvil est consummatum sub anno domini MCCCCLXIX. ipso die sancti bonifacii, qui fuit quinta die mensis Junii. Sequuntur versus, qui habentur sub Catholico anni 1460. Hinc tibi sancte &c. cuius pariter typis hic vocabularius impressus est. Unde credibile videtur Cl. Denisio, Bechtermuntziium instrumenta Jo. Gutenbergii a Conrado Homery a. 1468 vel 69. redemisse. At extat liber, iam anno 1467. (vid. n. 13.) a Nic. Bechtermunzio impressus! fol.

*Denis Suppl. p. 3. Würdtw. p. 98. Zapf p. 46. Panzer. Annal. p. 57.*

## MCCCCLXX.

19. Liber Sextus Decretalium BONIFACII VIII. Pont. Max. cum apparatu Johannis Andreae. In fine rubro colore impressa est sequens subscriptio Presens huius sexti decretalium preclarum opus. Alma in vrbe moguntina. inclite nacionis germanice. quam dei clementia tam alto ingenii lumine. donoque gratuito. ceteris terrarum nationibus preferre. illustrareque dignata est. non atramento. plumali. canna neque aerea sed artificiosa quadam adinventione imprimendi seu caracterizandi sic effigiatum. et ad eusebiam dei. industrie est consummatum. Per Petrum Schoiffber de Gernsheim. Anno domini M.CCCC.

LXX.

LXX. Die vero XVII. mensis aprilis. Insignia typograph. Text. 2. colum. mai. gloss. min. typ. goth. impress. Tituli rubr. col. impress. foll. 137. Sine sign. cust. & pagg. num. fol. mai.

*Editio secunda. Maitt. p. 298. Würdtw. p. 101. Zapf p. 52. Helmschrott p. 3. in membr.*

20. D. HIERONYMI Epistolae. Duobus constant Voluminibus. Praecedit: INTRODUCTORIUM IN EPISTOLARE B. JERONIMI impressionis Maguntine, facte per virum famatum in hac arte, Petrum Schoiffer de Gernsbeym. Terminatur fol. 2. col. 1. Sequitur Registrum cum Epitaphio beati Jeronimi &c. foll. 2. Fol. 5. opus ipsum incipit, cum sequenti inscriptione rubro: Ad laudem beatissime trinitatis, exaltationem vltis ecclesie et honorificentiam gloriosissimi Jeronimi Incipit liber Jeronimianus &c. In fine Voluminis secundi:

Jam decet ut nostris concordent vltima primis.

Sit decus illi qui dedit istud principiare (*Maitt. hoc opus initiare*)

Et qui finire dedit ipsum. sit decus illi.

Est decus ecclesie. pugilis tot scripta tenere.

Si quibus intendas. est decus ecclesie.

Igitur Sophronii Eusebii Jeronimi Orthodoxi Ecclesiae Christi propugnatoris clarissimi Liber Jeronimianus aut si mauis quod et ipse velim liber epistolaris explicit. vt dignitas nominis Jeronimiani Egregio viro Jo. Andree permaneat. qui hoc ipsum Zelo: deuocionis erga virum sanctum affectus. tempore prisco vulgavit in orbem. Est autem presens opus arte impressoria feliciter consummatum per Petrum Schoiffer de Gernshem in ciuitate nobili Moguntina. Cuius Nobilitati Vir beatus Jeronimus scribens ad Ageruntiam de monogamia testimonium perhibet sempiternum. multis milibus incolarum eiusdem in ecclesia pro fide catholica sanguine proprio laureatis.

*Huic laudatori reddit Maguntia vicem.*

*Tot sua scripta parans usibus ecclesie.*

Anno Domini M.CCCC.LXX. die VII. Mensis Septembris, que fuit vigilia natiuitatis Marie. Da gloriam Deo. Post hanc subscriptionem, rubro colore impressam, sequuntur Insignia typogr. Duo huius editionis in Bibliotheca Lubecensi extant exempla, quae respectu introductorii inter se differunt, uti prolixius ostendit Gesner l. c. p. 21. sqq. Distichon in fine huius introductorii unius exempli est:

Nunc memoris memor esto tui. ieronyme sancte

Ne pereat. Christo veniam pro crimine dante.

In fine alterius exempli leatur:

Sis memor ipse mei. iam nunc hieronyme queso!

Vt precibus merear regna superna tuis.

Ceterum ad editionem Romanam anni 1468 banc nostram expressam esse, vero simile est. Cbar. goth. sine sign. cust. & pagg. num. col. 2. lin. 56. foll. 408. fol. mai.

*Maitt. p. 285. Würdtw. p. 100. Zapf p. 47. Weisling. p. 21. de la Vall. I. p. 159. Gaign. I. p. 64. in membr. Soubise p. 64. Goetz I. p. 82. Helmschrott p. 3. Schwarz. docum. II. p. 26. Lair Ind. I. p. 223. Schoenemann l. c. I. p. 469. sqq. Bolongaro - Crevenna I. p. 102.*

21. MAMMOTRACTVS. *Præcedit* Prologus cum duabus Epistolis S. Hieronymi. *fol. 3.*  
*In fine rubro: Explicit mammetractus Arte imprimendi seu caracterizandi absque calami*  
*exaracione sic effigiatus. et ad eusebiam dei. industrie per Petrum schoiffer de gernssem in*  
*ciuitate maguntina feliciter consummatus, anno dominice incarnationis M.CCCC.LXX. in*  
*vigilia Martini. Insigne typogr. Sequitur tabula. Char. goth. 2. col. 28. lin. sine custod.*  
*sign. & pagg. num. foll. 127. fol.*

*Editio prima huius dictionarii vocabulorum in Bibliis &c. repertorum, autore Marchesino Ord.*  
*Min. Maitt. p. 195. Würdtw. p. 100. Zapf p. 53. Gesner p. 20 de la Vall. I. p. 52. Gaign. I.*  
*p. 40. Pinelli I. p. 234. Schw. doc. II. p. 23. Schlegelii prolus. II. p. 1. sqq. Bibl. Goetting.*

MCCCCLXXI.

22. VALERII MAXIMI Romane urbis Jurisperitissimi liber factorum et dictorum me-  
 morabilium ad Tiberium Caesarem. *Haec in fronte, rubro. Sequitur immediate initium*  
*operis. Quemlibet librum præcedit Index rerum. In fine libri noni fol. 187. b. Deci-*  
*mus huius operis liber qui et ultimus est vel ex negligentia aut malivolentia librariorum*  
*deperiit. abbreviator vero titulos eius habebat integre fortassis. tamen de uno tantum*  
*hoc est de pronomine epithoma representabat. sequitur Compendium de dignitatibus*  
*Magistratibus et officiis Romanorum. Index rerum. Demum rubro: Presens Valerii Maxi-*  
*mi opus preclarissimum! in nobili urbe Moguntina Rheni, terminatum! anno M.CCCC.*  
*LXXI. XVIII. Kalendis iulij! per egregium Petrum Schoyffer de Gernssem artis impres-*  
*sorie mgrm! feliciter est consummatum. Insignia Fausti & Schoefferi. Inter distinctionis*  
*signa præter simplex punctum, apparent commata, signa exclamandi loco colorum et semi-*  
*colorum, item et signa interrogandi. Char. goth. sine sign. cust. & pagg. num. col. 2. lin. 61.*  
*fol. 198. fol.*

*Editio princeps. Maitt. p. 303. Würdtw. p. 101. Zapf p. 154. Schwarzii docum. II. p. 28.*  
*Bibl. R. Par. B. L. P. II. p. 165. de la Vall. III. p. 381. Gaign. II. p. 240. Askew*  
*p. 130. Gesner p. 25. Catal. Libl. Schwarz. II. p. 82. Helmschrott p. 7. Crevenna V. p. 174.*  
*Bibl. Anspac. Bibl. Goetting.*

23. Constitutionum CLEMENTIS V. Pont. Max. cum apparatu Joan. Andreae. *In*  
*fine: Presens Clementis quinti opus constitutionum clarissimum. Alma in urbe mogun-*  
*tina. inclite nationis germanice. quam dei clementia. tam alti ingenii lumine. donoque*  
*gratuito. ceteris terrarum nacionibus preferre. illustrareque dignata est. Artificiosa qua-*  
*dam adinventione imprimendi seu caracterizandi absque ulla calami exaracione sic effi-*  
*giatum. et ad eusebiam dei. industrie est consummatum per Petrum Schoiffer de gerns-*  
*sem. Anno dnice incarnationis. M.CCCC.LXXI. tredecima mensis Augusti. Insign. typogr.*  
*Constitutiones: Exivi de paradiso &c. et Execrabilis &c. Char. goth. mai. & min. sine*  
*sign. cust. & pagg. num. foll. 61. fol. mai.*

*Maitt. p. 309. Würdtw. p. 102. Zapf p. 57. Schwarzii Docum. II. p. 23. Goetz. I.*  
*p. 170. Helmschrott p. 7. in membr. Bibl. Anspac. Laire Ind. I. p. 238. sq.*

24. S. THOMAE DE AQUINO Prima secundae Partis Summae Theolog. *In fronte*  
*fol. I. a. rubro: Incipit prima pars secunde edita a fratre Thoma de Aquino. In fine:*  
*Preclarum hoc opus prime secunde sancti thome de aquino. Alma in urbe moguntina.*  
*inclite nationis germanice. quam dei clementia tam alti ingenii lumine. donoque gra-*  
*tuitu. ceteris terrarum nacionibus preferre illustrareque dignata est. Artificiosa quidam*

*Annal. typ. Vol. II.*

Q

*adin-*

*adinuencione imprimendi seu caracterizandi absque ulla calami exaratione sic effigiatum. et ad eusebiam dei industrie est consummatum. per petrum schoiffer de gernsheim. Anno dni millesimo quadringentesimo septuagesimo primo. Octaua die nouembris. Sit laus deo. Insignia Fausti & Schoeff. rubro colore expressa. Char. minusc. goth. sine sign. cust. & pagg. num. col. 2. lin. 61. foll. 172. fol. max.*

*Editio princeps. Maitt. p. 772. Id. p. 321. ad ann. 1472. male! Würdtw. p. 102. Zapf p. 56. Schw. doc. II. p. 29. Seemiller I. p. 33. Braun I. p. 140. Gaign. I. p. 73. Crevenn. I. p. 123. Bibl. Heidegg. Bibl. P. Nor.*

## MCCCCLXXII.

25. BIBLIA LATINA vulgatae editionis. Duobus constat Voluminibus haec editio. In fine colore rubro: Praefens hoc opus preclarissimum. Alma in urbe maguntina. inclite nationis germanice quam dei clementia tam alti ingenii lumine. donoque gratuito. ceteris terrarum nacionibus preferre. illustrareque dignata est. Artificiosa quadam adinuencione imprimendi seu caracterizandi absque ulla calami exaratione sic effigiatum. et ad eusebiam dei industrie est consummatum per Petrum Schoiffer de Gernshem. Anno dnice incarnationis Millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo. In vigilia Matthe apostoli. Insign. Fausti & Schoefferi. Sine sign. cust. & pagg. num. Tituli praefationum, earum subscriptiones, clausulaeque finales typis expressae. foll. 491. fol.

*Editio ad praecedentem anni 1462, expressa; pagina enim paginae, linea lineae respondet; interim tamen litterae inter se differunt, ita, ut omnino diuersa sit editio haec. Maitt. p. 311. Würdtw. p. 102. Zapf. p. 60. Schw. doc. II. p. 31. Gaign. I. p. 8. Knoch. Nachr. p. 746. Masch P. II. Vol. III. p. 101. sq. Laire Ind. II. p. 264. sq.*

26. JOHANNIS BALBI DE JANVA Catholicon. In fine: Praefens hoc opus preclarissimum alma in urbe Moguntina inclite Nationis Germanice, quam Dei clementia tam alto ingenii lumine donoque gratuito ceteris terrarum nacionibus preferre. illustrareque dignata est. artificiosa quadam adinuencione imprimendi ac caracterizandi, absque ulla calami exaratione sic effigiatum et ad eusebiam dei est industrie consummatum per Petrum Schoiffer de Gernsheim. Anno dominice incarnationis M.CCCC.LXXII. in Vigilio Matthe Apostoli. Char. goth. sine sign. cust. et pagg. num. lin. 50. fol.

*Editio reperta. Subscriptio, quam praeter Jac. Mentelium de vera typogr. origine p. 91. attulit haecenus nemo, eadem est, quae in Bibliorum latinorum editione huius anni, quam modo excitauimus, occurrit. Mirum sane esset, si haec duo opera uno eodemque anno et die, in vigilia nempe Matthe Apostoli consummata fuissent! Maitt. p. 317. Schwarz doc. II. p. 31. Würdtw. p. 104. Zapf. p. 63. Schlegel l. c. I. p. 19.*

27. DECRETVM GRATIANI cum glossis. In fronte: Incipit discordantium canonum concordia, ac primum de iure nature et humane constitutionis. Rubrica. In fine rubro: Anno incarnationis dnice. M.CCCC.LXXII. Idibus augustiis. Sanctissimo in Xpo patre ac dno, dno Sixto papa quarto pontifice maximo. Illustrissimo, nobilissime domus austrie Frederico, Romanorum rege gloriosissimo! rerum dominis. Nobili nec non generoso Adolpho de Nassau archiepiscopatum gerente maguntinensem. in nobili urbe Moguntia que nostros apud maiores aurea dicta! quam diuina etiam clementia dono gratuito pre ceteris terrarum nationibus arte impressoria dignata est illustrare! hoc praefens Gratiani decretum suis cum rubricis! non atramentali penna cannaue! sed arte quadam ingeniosa

*sa imprimendi! cunctipotente adspiranti deo Petrus Schoiffer de Gernsbeym suis consignando scutis! feliciter consummavit. Insignia Fausti et Schoefferi col. rubr. expressa. Text. col. 2. cbar. goth. mai. gloss. min. Sine sign. cust. & pagg. num. fol. 410. (al. 411.) fol. mai.*

*Maitt. p. 314. Corpus Jur. Can. Id. p. 318. not. I. ubi subscriptio. Würdtw. p. 105. Zapf p. 58. De la Vall. I. p. 322. Gaign. I. p. 178. Denis Merkw. der G. B. p. 38. Schwarz doc. II. p. 29. sq. Eiusd. Catal. II. p. 87. Gras p. 5. Helmschrott p. 11. Laire Ind. I. p. 276. Bibl. Anspac. Bibl. P. Nor.*

28. JUSTINIANI Imperatoris, Institutiones. *In fine rubro: Presens institutionum preclarum opus Alma in vrbe maguntina nationis germanice quam dei clementia tam alti ingenii lumine donoque gratuito. ceteris terrarum nationibus preferre illustrareque dignata est. non atramento communi non plumali canna. neque aerea sed artificiosa quadam adinventione imprimendi seu caracterizandi sic effigiatum et ad eusebiam dei industrie est consummatum per Petrum schoyffer de Gernsbem. Anno dominice incarnationis Milleesimo (sic) CCCC.LXXII. XXIX. die mensis octobris. Sequuntur uersus: Scema tabernaculi &c. qui in editione 1468 leguntur. Tandem Insign. typogr. rubro colore expressa. Cbar. goth. sine sign. cust. & pagg. num. foll. 103. fol. mai.*

*Maitt. p. 318. Würdtw. p. 106. Zapf p. 62. de la Vall. I. p. 351. Schw. doc. II. p. 32. Gaign. I. p. 207. Bibl. P. Nor. Biblioth. Goetting.*

29. VOCABULARIUS latino teutonicus. *In fine: Presens hoc opusculum non styli aut penne suffragio sed noua artificiosaque inuentione quadam ad eusebiam dei industrie in Eltvil est consummatum sub anno domini M.CCCC.LXXII. ipso die Gregorii pape et confessoris.*

Sit benedictus Homo - Deus et de Virgine natus!

Nota ignota qui volt Teutonica Verba

Legat Opus presens, et retinere valebit

Maxima de minimis ex partibus accipe totum

Inuenies quod amas si studiosus eris

Ecce Jesu Christi claudo pietate libellum

Letitie cupiens celestis habere locellum

Sancta redemptoris genetrix quoque virgo pudoris

Libri pressoris animam tege veste decoris. fol.

*Rep-ita, et ad editionem anni 1469 per Nicol. Bechtermintz. expressa sine dubio editio. Maitt. Ind. II. App. p. 561. ex March. hist. p. 61. Uffenb. Catal. II. App. p. 18. Zapf p. 61. Panzer l. c. p. 70.*

MCCCCLXXIII.

30. Sextus Decretalium BONIFACII VIII. cum apparatu Joh. Andreae: *In fine rubro colore expressa est sequens subscriptio: Sexti decretalium opus preclarum in nobili vrbe Maguncia! quam imprimendi arte ingeniosa gratuitoque dono gloriosus Deus plus ceteris terrarum nationibus preferre illustrareque dignatus! non atramento et plumali creaque penna cannave sed adinventione quadam pe pulcra per venerandum virum Petrum Schoiffer de Gernsbem feliciter est. Consummatum. Anno Domini. M.CCCC.LXXIII.*

Q 2

ad

ad nonas aprilias. Insignia Fausti & Schoefferi eodem colore. Char. goth. sine cust. sign. pagg. num. text. col. 2. fol.

*Editio tertia. Maitt. p. 331. Würdtw. p. 206. Zapf. p. 65. Schw. doc. II. p. 32. Gaign. I. p. 180. Soubise p. 8. Seemiller I. p. 45. Laire Ind. I. p. 296. Bibl. Heidegg.*

31. AURELII AVGVSTINI Hippon. Episcopi Doctoris Eximii De Ciuitate Dei contra Paganos libri, cum commentariis THOMAE VALOIS et NICOLAI TRIVETH. *In fronte fol. 1. a. rubro: Sententia beati augustini episcopi ex libro retractacionum ipsius de libris de ciuitate dei. Eod. fol. col. 2. lin. 20. rubro: Incipiunt capitula libri primi de ciuitate dei beati augustini episcopi. In fine librorum Augustini haec extat rubro colore expressa subscriptio: Textus sancti Augustini de ciuitate dei Maguntie impressus. explicit feliciter Anno [insignia typograph.] LXXIII. Finito libro sit laus et gloria Cristo. foll. 284. Fol. seq. Sacre pagine professorum ordinis predicatorum Thomae valois et nicolai triueth in libros bti augustini de ciuitate dei commentaria feliciter inchoant. In fine horum commentariorum, qui seorsim et minoribus typis impressi, operique subiuncti sunt, rubro colore impressa legitur sequens notitia: Igitur Aurelii Augustini ciuitatis orthodoxe fideris preulgidi de ciuitate dei opus preclarissimum. binis sacre pagine professoribus eximiis id commentantibus. rubricis tabulaque discretum precelsa in urbe moguntina partium alemanie. non calami per frasim. Characterum autem apicibus artificiose elementatum. Ad laudem trinitatis indiuidue ciuitatis dei presidis operose est consummatum. per Petrum schoiffer de gernsheim. Anno domini. M.CCCC.LXXIII. die V. mensis septembris. Presidibus ecclesie catholice. Sixto tercio pontifice summo sedi autem moguntine Adolfo secundo presule magnifico. Tenente autem ac gubernante xpianismi monarchiam Imperatore serenissimo frederico tercio cesare semper augusto. His verbis denuo subiecta sunt insign. typogr. Sine sign. cust. & pagg. num. fol.*

*Editio prima cum commentariis. Maitt. p. 322. Würdtw. p. 107. Zapf p. 68. Schw. doc. II. p. 33. Eiusd. Catal. II. p. 112. sqq. de la Vall. I. p. 165. Gaign. I. p. 67. Soubise p. 65. Bodl. I. p. 87. Clement. II. p. 262. Seemiller I. p. 49. Braun I. p. 159. Laire Ind. I. p. 294.*

Aspera ridebis cognomina teutona: forsan

Mitiget ars nihil inscia verba virum.

Conradus suueynbeym: Arnoldus pannartzque magistri

Rome impresserunt talia multa simul.

Petrus cum fratre francisco Maximus ambo

Huic operi aptatam contribuere domum.

*Non addita est anni nota, sed ex epistola quadam ipsius Bessarionis ad Marsil. Ficinum, data ex urbe Idibus Septembris M.CCC.LXIX. aliaque Francisc. Philelphi ad Bessarionem, data ex Mediolano III. Nonas Octobris eiusdem anni, patet, opus ipsum anno 1469 typis fuisse divulgatum. Graeca omnia typis expressa sunt. Char. rom. sine signat. cust. 3 pagg. num. fol.*

*Maitt. p. 291. Audiff. p. 21. Laire p. 145. Mittar. p. 58. Quirin. de optimor. scriptor. edit. Schelh. p. 227. not. b. Bibl. P. Nor. Laire Ind. I. p. 71. Bolongaro - Crevenna II. p. 46.*

19. P. VIRGILII MARONIS opera ex recognitione et cum Praefatione Joannis Andreae ad Paulum II. In fine Elegiae de Maccenaris obitu:

Aspicias illustris lector quicumque libellos

Si cupis artificum &c. ut ante sub Bessarione.

*Petrus cum fratre Francisco maximus ambo  
Huic operi optatam (sic) contribuere domum.*

*Sine nota anni, at ex Epistola Joh. Andreae ad Paul. II. praemissa, patet, editionem hanc Virgilii praecessisse editionem Lucani anno 1469 per eosdem typographos impressam; recte ergo ad hunc annum refertur. Epistolam hanc excipit index contentorum, quae eiusmodi sunt: Joh. Andreae Episc. Aleriensis ad Paulum II. Epistola. P. Virgilii Maronis Culex; Dirae; Copa; Est et non; Vir bonus et sapiens; De Rosis; Moretum; Versiculi Virgilii; Versus in Balistam latronem; Versus Ovidii; Summa Virgilianae narrationis in tribus operibus, Bucolicis, Georgicis & Aeneide; Bucolica sive Eclogae X. Georgicon libri IV; Aeneidos libri XII; Versus Sulpitii Carthaginensis; Carmina Caesaris Augusti; Epitaphia illustrium virorum; Versus de musarum inventis; Elegia in Maecenatis obitu. Pertinent ad hanc editionem etiam Excerpta ex Priapeis, licet illorum in indice contentorum nulla facta sit mentio; quae tamen in quibusdam exemplis non inveniuntur. Qui ad haec non attendunt (Laire p. 148.) primam hanc editionem in duas perperam distinguere solent. Char. rom. sine sign. cust. & pagg. num. fol.*

*Editio princeps seu Romana prima. Maitt. p. 309. ad ann. 1471. male. Audiffr. p. 22  
Laire p. 146. de la Vall. II. p. 78. Cl. Heyne l. c. p. XLV. sq. Cl. Harles. notit. litter.  
P. II. p. 297.*

20. T. LIVII PATAVINI Historiarum Romanar. Decades III. ex recognitione Joannis Andreae Episc. Aler. Praecedit absque ulla inscriptione, Praefatio seu Epistola Joh. Andreae Aler. ad Paul. II. P. M. et Marcum Barbum S. Marci Cardinalem, quae sic incipit: Fausto ac felici solo tuam Urbem Pater Beatissime Paule II. Venete: Pont. Maxime &c. Finitur illa fol. 2. b. his verbis: honoratasque actiones transeamus. Vale. Sequitur foll. 20. Epitoma omnium Decadum Livii. Fol. ultimo b. Extat index singulorum librorum Historiae Livianae praefixo sequenti titulo:

PRESENTIS CODICIS HEC

CAPITA OPERVM.

*Fol. 23. a. incipit absque omni praevia notitia Decas prima, quae fol. 165. b. terminatur. Decas II. incipit fol. 166. et finitur fol. 303. b. Decas tandem tertia, quae fol. 304. a. incipit, terminatur fol. 411. a. sequentibus versibus:*

*Aspicias illustris lector quicumque libellos*

*Si cupis artificum nomina nosse: lege*

*Aspera ridebis cognomina teutona: forsan*

*Mitiget ars musis inscia verba uirum.*

*Conradus suueynbeym: Arnoldus pannarzque magistri*

*Rome imprefferunt talia multa simul*

*Petrus cum fratre Francisco maximus ambo*

*Huic operi optatam contribuere domum.*

*Sine nota anni quidem, tamen ad annum 1469 referenda haec est editio; quam principem esse, et ante editionem Romanam Ulrici Galli & Venetam Vindelini de Spira lucem vidisse, monstrat Audiffr. p. 25. sqq. Char. rom. sine signat. cust. & pagg. num. lin. 46. fol. max.*

*Editio*

*Editio princeps. Maitt. p. 283. Audiifr. p. 25. Quirini de opt. scr. edit. Schelhornii p. 148. Laire p. 160. ad ann. 1470. refert. Rossi p. 67. Bibl. P. Nor. in qua opus hoc splendidissimum tribus Voluminibus compactum extat, et quidem per Bibliopegum Joh. Julczpach. Laire Ind. I. p. 45. ad ann. 1469.*

21. STRABONIS Geographiae Libri XVI. Latine. Praecedit Joh. Andreae Episc. Aleriens. Epistola ad Paul II. P. M. Decem priores libri, qui generalia Geographiae et Europam continent sunt ex versione Guarini Veronensis, reliqui septem, qui Asiam et Africam ex versione Gregorii Tiphernatis. In fine post Librum XVII. extat folium particulare, quod tabulam contentorum in hoc volumine exhibet. In fine huius tabulae versus sequentes extant:

Aspicias illustris lector quicumque libellos

Si cupis artificum nomina nosse: lege &c.

Conardus (sic) suueynbeym: Arnoldus pannartzque magistri

Rome impresserunt talia multa simul.

Petrus cum fratre Francisco maximus ambo

Huic operi aptatam (sic) contribuere domum.

*Ad annum 1469 referendam esse hanc editionem, patet ex Catalogo librorum ab his typographis excusorum, quem exhibuerunt Papae Sixto IV; in quo illa, immediate post editionem Decadum Livii sequitur. Char. rom. sine signat. cust. & pagg. num. lin. 46. foll. 240. fol. max.*

*Maitt. p. 296. ad ann. 1470. refert. Audiifr. p. 28. Quirini l. c. p. 222. sqq. ubi ex Praefatione Aleriensis repetita, maxima pars inestivae eiusdem Aleriensis contra Georgium Trapezuntium praetermissa fuit. Laire p. 168. ad ann. 1471. male! Seemiller I. p. 19. Bibl. P. Nor.*

22. M. TULLII CICERONIS Epistolae ad Familiares, ex recognitione Joann. Andreae. Incipit fol. I. a. sequentibus verbis: M. Tul. Ciceronis ad P. Lentulum Imperatorem. Po. Ro. Epistolarum familiarium liber primus. Cicero. P. Lentulo Imperator. S. PL. D. In fine: Jo. An. Episcopus Alerienſis recognovit. prid. Nonas. Nouemb. Rome. M.CCCC. LXIX.

Aspicias illustris lector &c.

Huic operi optatam contribuere domum.

M.CCCC.LXIX. Prid. Non. Nouembr.

*Char. rom. sine sign. cust. & pagg. num. fol.*

*Editio secunda Romana: Maitt. p. 283. Audiiffredi p. 29. Clement VII. p. 125. Laire p. 146. de la Vall. II. p. 51. Bolongaro-Crevenna III. b. p. 155.*

23. L. ANNAEI LUCANI Pharsalia, ex recognitione Joannis Andreae. Episc. Aleriens. Praecedit eiusd. Epistola ad Paulum II. P. M. cum subiecta Poetae vita, a Pomponio infortunato scripta foll. 2. Fol. 3. a. incipit Poema in cuius fronte legitur Tetra-  
stichon: Corduba me genuit &c. In fine:

Hoc Conradus opus suueynbeym ordine miro

Arnoldusque simul pannarts una aede colendi

Gente theotonica: romae expediere sodales.

M.CCCC.LXIX.

*Tabula contentorum. Char. rom. sine custod. sign. & pagg. num. fol.*

F f f 3

*Editio*

*Editio princeps. Maitt. p. 282. Audiffr. p. 30. Lairé p. 144. Askew p. 86. de la Vall. II. p. 99. Myl. memorab. p. 248. Lairé Ind. I. p. 74.*

24. M. TVLLII CICERONIS de Officiis libri tres; Paradoxa, Somnium Scipionis; Laelius; Cato maior; et Tusculanae Quaestiones. In fine harum Quaestionum: Finiti sunt Libri Tullii Tusculanarum Questionum Romae per magistrum Ultricum ban de wienna Anno dni MCCCCLXVIII. Die vero prima mensis Aprilis. Char. rom sine sign. cust. & pagg. num. 4. mai.

*Maitt. p. 281. ubi solae Tusculanae memorantur. Sic de la Vall. II. p. 36. Audiffr. p. 31. Lairé p. 132. exemplum, quod possidebat de Rossi, viderunt, quod in duo volumina partitum erat, quorum alterum Officia &c. lin. 32. alterum Tusculanas lin. 35. complectebatur. Bolong. Crev. II. p. 44. Quaestio. Tuscul. Sic Fossi l. c. T. I. p. 544. sq.*

## MCCCCLXX.

25. T. LIVII Historiarum Romanarum Decades III. ex recognitione Jo. Ant. Campani. Praecedit Joh. Ant. Campani epistola ad Cardinalem Papiensem. Hanc excipit Epitoma XIV. Decadum foll. 23. Follum ultim. b. exhibet Indicem librorum trium Decadum, cum principio uniuscuiusque libri, hoc modo: Titi Livii Patavini ab urbe condita decadis primae lib. primus. Facturus. Liber secundus. Liberi. Liber tertius &c. Infra hunc indicem leguntur sequentes versus, caractere maiusculo expressi:

Anser Tarpeii custos Jovis: unde: quod alis

Constreperes: Gallus decidit: ultor adest.

Udalricus Gallus: ne quem poscantur in usum

Edocuit pennis nil opus esse tuis.

Imprimit ille die quantum non scribitur anno

Ingenio: baud noceas: omnia vincit homo.

## CAMPANVS.

*Sine nota anni. Post editionem Conradi & Arnoldi typis expressam hanc Galli editionem et ad annum 1470 probabiliter referendam esse, contra Lairii assertiones, non omnino contemnendas, asserit Audiffr. p. 32. sqq. Constat opus duobus voluminibus. Versus supra allati ad calcem utriusque, sed caractere minustiori leguntur, cum nomine Campani, sine sign. cust. & pagg. num. fol. mai.*

*Maitt. p. 292. Audiffr. p. 32. Lairé p. 137. ad ann. 1469. refert. Rossi p. 67. ad ann. 1472.*

26. PLVTARCHI Vitae Parallelae a diversis interpretibus Latinae factae, a J. A. Campano collectae et editae cum Praefatione ad Franciscum Piccolominium Cardinalem Senensem, quae fol. 1. a. sic incipit: Campanus Francisco Piccolominio Cardinali Senensi meo Salutem. Hanc excipit fol. 2. Index, in cuius fine legitur Hexastichon.

Anser Tarpeii custos Jovis &c.

Imprimit ille die: quantum non scribitur anno.

Ingenio: baud noceas: omnia vincit homo.

*Sine nota anni, verisimiliter tamen ad annum MCCCCLXX. referenda est haec editio, duobus constans Voluminibus. Char. rom. sine sign. cust. & pagg. num. fol. max.*

*Maitt. p. 293. Audiffr. p. 37. Lairé p. 137. Gaign. II. p. 230. Crevenna V. p. 245. sq. Bibl. Goetting. Editionem a me Vol. I. p. 77. n. 419. excitatam, quam b. Schelhorn.*

*Diatr.*



*Diatr. &c. p. 56. hanc Romanam esse putavit, ab illa plane diuersam esse, ex exemplo; quod est in Bibl. P. Nor. didici. Cf. Zapsii Merkw. p. 48. sqq. Laire Ind. I. p. 49.*

27. M. TULLII CICERONIS Orationes Philippicae. Praeedit brevis Praefatio Jo. Ant. Campani ad Francisc. Cardinalem Senensem quae sic incipit: Campanus Senensi meo salutem. M. Tullium Ciceronem: cum in omnibus suis scriptis fuisse eloquentissimum &c. Sequuntur deinde Orationes. In fine:

Anser Tarpeii custos Jouis &c.

Udalricus Gallus &c.

Imprimit ille die quantum non scribitur anno.

Ingenio haud noceas: omnia uincit homo.

Sequitur Index quaternionum. Char. rom. sine sign. cust. & pagg. num. 4. mai.

*Editio prima. Maitt. p. 291. Audiiff. p. 39. Laire p. 134. ad ann. 1469. refert. Gaign. I. p. 385. Clement VII. p. 152. Denis Merkw. der G. B. p. 229. cui verisimile videtur, Gallum hunc, ciuem Viennesem, iam ante Sweynhemium et Pannartium Romae impressisse, huncque librum ad annum 1466. ponendum esse.*

28. J. D. IUVENALIS & A. PERSII FLACCI Satyrae. In fine Satyrarum Iuuenalis:

FINIS.

Anser Tarpei (sic) custos Jouis &c.

Udalricus Gallus &c.

Imprimit ille die: quantum non scribitur anno.

Ingenio haud noceas omnia uincit homo.

Sequitur registrum foliorum. Sine nota anni; ad annum fortasse 1470. referenda est editio haec Iuuenalis, char. rom. impressa. Persium simul cum Iuuenali impressum esse, certo non constat. 4. mai.

*Editio Iuuenalis prima. Maitt. p. 297. Audiiff. p. 39. Laire p. 135. ad ann. 1469. refert. Askew p. 80. Goetz. III. p. 297. Iuuenalis sine Persio.*

29. DECISIONES NOVAE ROTAE ROMANAE, collectore Guillelmo Horborch. Praeedit Tabula nouarum decisionum foll. 22. Tum opus ipsum absque praevia notitia incipit sic: In nomine Domini &c. In fine operis:

Anser Tarpeii custos Jouis &c.

Udalricus Gallus &c.

Imprimit ille die: quantum non scribitur anno.

Ingenio: haud noceas: omnia uincit homo:

Sequitur folio peculiari registrum foliorum, et aliud 490 Decisionum foll. 4. Sine nota anni, circa annum 1470. Char. rom. sine sign. cust. & pagg. num. fol.

*Audiiffredi p. 40. Denis Suppl. p. 551. Meusel. Magaz. III. p. 104.*

30. PAULI DE SANCTA MARIA Episcopi Burgensis Dialogus, qui vocatur Scrutinium Scripturarum. Fol. I. a. Incipit dialogus qui uocatur SCRUTINIUM SCRIPTURARUM Compositus per Reuerendum patrem dominum PAULVM DE SANCTA MARIA Magistrum in theologia Episcopum Burgensem Archicancellarium Serenissimi Principis domini Joannis Regis Castele et Legionis Quem composuit post additiones per eum compositas ad postillam Nicolai de Lyra Anno domini MCCCCXXXIII. Anno vero etatis sue LXXXI.

In

*In fine: Anser Tarpeii custos Jouis: unde: q alis  
 Constreperes: Gallus decidit: ultor adest:  
 Udalricus Gallus: ne quem pascantur (sic) in usum  
 Edocuit pennis nil opus esse tuis  
 Imprimi ille die, quantum non scribitur anno:  
 Ingenio: baud noceas: omnia vincit homo:*

*Sine nota anni, ad annum 1470 verisimiliter referenda. Exemplum enim Romae iam em-  
 tum 1471. mense Aprili. Char. lat. sed lineae initial. subinde goth. sine sign. cust. & pagg.  
 num. 4. mai.*

*Editio princeps. Audiffr. p. 41. Laire p. 133. ad ann. 1469. refert. Denis Suppl. p. 634.  
 de la Vall. I. p. 50.*

31. PHALARIDIS Tyranni Agrigentini Epistolae ex versione Francisci Aretini. *Prae-  
 cedit fol. 1. a. Epistola Jo. Ant. Campani ad Franciscum Piccolomineum Cardinalem  
 quae sic incipit: Quaeris quod genus Epistolarum maxime probem: sua cuique ratio &c.  
 In fine: Phalaridis Tyranni Agrigentini Epistole ad Illustrem principem Malatestam per  
 Franciscum Aretinum Translate feliciter Explitiunt. Sine nota anni circa 1470. Charact.  
 eod. Udalr. Galli sine sign. cust. & pagg. num. lin. 27. foll. 48. 4.*

*Editio princeps. Audiffr. p. 42. Denis Suppl. p. 638. de la Vall. II. p. 746. circa a. 1469.*

32. JOANNIS DE TYRRECREMATA Expositio super toto Psalterio. *Praemissa est  
 foll. 2. auctoris ad Pium II. Pontif. Max. epistola dedicatoria, quae incipit: Beatissimo  
 Patri et Clementissimo domino Pio secundo &c. Hanc excipit fol. 3 opus ipsum. Psal-  
 mo primo sequens praefixus est titulus: Psalmus primus in quo describitur processus in  
 beatitudinem. In fine: REVERENDISSIMI CARDINALIS SANCTI Sixti Expositio brevis ac utilis  
 super toto psalterio: Rome impressa die Quarta mensis octobris per honorabilem virum  
 magistrum Udalricum Gallum de Bienna Anno domini Millesimoquadringsesimosseptua-  
 gesimo. LAUS DEO. Sequitur folium, quod registrum foliorum continet. Adeste etiam ver-  
 sus Anser &c. cl. Audiffredi affirmat; id quod alii negant. Char. eod. goth. mai. et rom.  
 minor. sine sign. cust. & pagg. num. fol. min. seu 4. mai.*

*Editio princeps. Maitt. p. 295. Audiffr. p. 43. Laire p. 152. Cat. Bibl. Pinelli I. p. 40.  
 Rossi p. 50. de la Vall. I. p. 57. Seemiller I. p. 20. Laire Ind. I. p. 228.*

33. RODERICI SANTI DE AREVALO utriusque Juris & Artium Professoris Episcopi  
 Palentini compendiosa Historia Hispanica. *Praecedunt foll. 13. indices seu Tabulae ma-  
 teriarum et rerum, hoc praefixo titulo: Incipit tabula materiarum et rererum (sic) con-  
 tentarum &c. Interiecto folio albo sequitur foll. 3. prologus Auctoris ad Henricum IV.  
 Castellae et Legionis regem, cum subiuncto indice capitulor. primae partis. Et sequen-  
 tibus tribus partibus praemittitur prologus. In fine: De mandato. R. P. D. Roderici Epi-  
 scopi Palentini auctoris huius libri. Ego Udalricus Gallus sine calamo aut pennis eundem  
 librum impressi. Sine nota anni, verisimiliter tamen circa annum 1470. Char. rom. sine  
 sign. cust. & pagg. num. 4.*

*Maitt. p. 292. Audiffr. p. 44. Laire p. 136. ad ann. 1469. refert. Gaign. I. p. 232. Bo-  
 long. Crevenna IV. p. 117.*

34. C. SVETONII TRANQVILLI de XII. Caesarum vitis Libri XII. ex recognitione Jo. Anton. Campani. *Praecedit* Epistola Jo. Ant. Campani ad Franciscum Cardinalem Piccolomineum. *Post hanc epistolam sequuntur* rubricae librorum per ordinem. *In fine:* Cai (sic) Suetonii Tranquilli de XII. Cesarum vitis liber ultimus feliciter finit. *absolutus* Rome in pinea regione uia pape Anno a Christi natali. M.CCCC.LXX. Sextili mense Pauli autem Veneti. II. Pont. Max. anno sexto. Char. romano, elegantiori alio quouis charact. sive a Sweynbeymio & Pannartzio, sive ab Udalr. Han haectenus et deinceps adhibito. Editionem hanc, cum sequente Quintiliani, alii, ex officina Udalr. Han venisse credunt, at Cl. Audiffredi illas prima esse opera officinae Job. Phil. de Lignamine monstrat. Graeca a Suetonio narrationibus suis inserta graeco charactere excusa sunt. Sine sign. cust. & pagg. num. lin. 36. fol.

*Editio princeps.* Maitt. p. 290. Audiffred. p. 46. Laire p. 151. Askew p. 122. Gaign. II. p. 95. de la Vall. III. p. 152. Rossi p. 71. Bolong. Crev. IV. p. 94.

35. MARCI FABII QVINTILIANI Institutionum Oratoriarum lib. XII. ex recognitione Joannis Antonii Campani. *Praemissa est* fol. I. a. Jo. A. Campani Praefatio ad Cardinalem Senensem. *Sequuntur* Rubricae totius operis per ordinem. *In fine:* Marci Fabii Quintiliani institutionum oratoriarum ad Victorium Marcellum liber. XII. et ultimus explicit. *Absolutus* Rome in uia pape prope sanctum Marcum. Anno salutis. M.CCCC.LXX. die uero tertia mensis Augusti. Paulo Veneto papa. II. florente, anno ejus. VI. Eod. charactere, quo Suetonius expressus est; ex officina igitur Job. de Lignamine, secundum Audiffredum, secundum alios uero ex offic. Udalrici Han. Sine sign. custod. & pagg. num. fol.

*Editio princeps.* Maitt. p. 296. Audiffred. p. 47. Laire p. 149. Gaign. I. p. 391. Rossi p. 70. Bolong. Crev. III. p. 53. Laire Ind. II. p. 227.

\* 36. S. LEONIS Papae Sermones et Epistolae ex recognitione Jo. Andreae. *Praecedit* fol. I. a. Johannis Andree Episcopi Aleriensis. Ad Summum Pontificem. Paulum. II. Venetum. Epistola. Fol. eod. b. in medio *Sequuntur* Rubricae totius operis per ordinem, quae fol. 3. b. terminantur. Fol. 4. a. Opus ipsum sine praevia inscriptione his uerbis incipit (L) audem domini loquatur os meum &c. *Finitur* opus fol. 158. a. absque subscriptione. *Editio* haec sine nota anni et typographi, ad editionem anni 1470 per Conradum et Arnoldum typis mandatam, expressa est charactere eodem romano maiusculo, quo Udalr. Gallus 1474. Lactantium impressit. Cl. Audiffredi Job. de Lignamine dare uideatur. Rubricae maiorem partem impressae sunt. Sine cust. sign. & pagg. num. lin. 35. foll. 158. fol.

*Audiffred. p. 47. Laire p. 153. not. d. Gaign. I. p. 69. Rossi p. 47. Laire Ind. I. p. 149. Bibl. P. Nor. Bibl. Goetting.*

\* 37. Hec est copia LITTERARVM APOSTOLICARVM de publicatione Anni Jobilei incarnationis dominice. M.CCCC.LXXV. (quod Jubilaea imposterum de Viginti quinque annis in Viginti quinque annos cum gratiarum actione et mentis iocunditate debeant ab omnibus Christifidelibus frequentari ac etiam celebrari) *In fine:* Datum Rome apud Sanctum petrum Anno incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo septuagesimo. *Annal. typ. Vol. II.* G g g Tertio

*Tertio decimo. Kl. Maii Pontificatus nostri Anno Sexto. Char. Conr. Sweynbeim et Arnoldi Pannartz. foll. 3. fol.*

*Extat exemplum huius Bullae in Bibl. P. Nor. Gras p. 215.*

38. C. PLINII SECUNDI Historiae Naturalis Libri XXXVII. ex recognitione Jo. Andreae Episc. Alerien. Praecedit Jo. Andreae Epistola ad Paulum II. P. M. Huic epistolae subiunguntur quaedam monumenta de Plinio, quorum I. est Epistola Plinii Junioris ad Marcum, in qua de studiis, scriptis et vitae instituto avunculi sui differit. II. Brevis Plinii Vita ex Suetonii libr. de vir. illustr. III. Altera Epistola Plinii Junioris ad Tacitum de exitu avunculi. IV. Locus Tertulliani ex apologetico. Tandem locus ex Eusebii Chronico. foll. 5. Tum opus ipsum incipit. In fine: Hereneus Lugdunensis Episcopus: Item Justinus ex philosopho Martyr. Item cum divo Hieronymo Eusebius Cesariensis: serio posteritatem adiurarunt: ut eorum descripturi opera conferrent diligenter exemplaria. & sollerti studio emendarent. Idem ego tum in ceteris libris omnibus tum maxime in Plinio ut fiat: vehementer obsecro. obtestor atque adiuro: ne ad priora munda et tenebras inextricabiles tanti sudoris opus relabatur. Instauratum aliquantulum sub Romano Pontifice Maximo Paulo. II. Veneto. Atque impressum Rome in domo Petri et Francisci de Maximis iuxta campum flore presidentibus Magistris Conrado Sueynbeym et Arnoldo Panartz (sic) Anno dominici natalis. M.CCCC.LXX. Pontificatus eius felicissimi ac placidissimi Anno. VI. Char. rom. sine cust. sign. pagg. num. fol. mai.

*Editio secunda. Maitt. p. 288. Audiffr. p. 48. Laire p. 157. de la Vall. I. p. 431. Rossi p. 69. Schwarz. II. p. 74. Catal. Bibl. Ernesti p. 174. Bibl. Goetting.*

39. S. HIERONYMI Epistolae et Tractatus. Voll. II. Volumini primo fol. 1. a. praemissa est: Jo. Andreae Epi. Alerien. ad Paulum II. Venetum Pontificem Maximum in epistolarum diui Hieronymi primi voluminis recognitionem Epistola. Haec fol. 2. a. l. 16. terminatur. Excipit illam immediate tabula, cum inscriptione: Ex tabula subsequenti quid lector in pnti volumine sperare queat: edocebitur. Finitur illa fol. 5. b. Sequitur tum: Diui Hieronymi uita que communiter legitur sub autore incerto. non satisfaciens meritis tanti doctoris, quae fol. 9. a. terminatur. Fol. 10. incipit prima Epistola in cuius fronte legitur: Expositio Symboli Ruffini Aquileiensis presbyteri ad Laurentium papam. In qua singulos articulos fidei noui et ueteris testamenti auctoritatibus confirmat et hereses contrarias destruit. Epistola pma. In fine: Impressum Rome opus in domo Petri & Francisci de Maximis. iuxta campum Flore. presidentibus magistris Conrado Sueynbeym & Arnoldo Pannartz. Anno dominici natalis. M.CCCC.LXX. S. d. n. domini Pauli. II. Veneti Pont. Max. anno VI. Vrbe & Ecclesia florente. foll. 300. Volumini II. praecedit iterum: Johannis Andreae Epi Alerien. ad Paulum. II. Venetum Pontificem maximum in recognitionem secundi Voluminis Epistolarum et tractatum diui Hieronymi presbyteri Epistola prima. Hac fol. 3. a. finita, sequitur Index tractatum, qui fol. 8. b. finitur. Interiecto folio albo Volumen hoc secundum incipit, praemissa sequenti notitia: Tractatus tertius secunde partis continens epistolares expositiones quorundam psalmorum. In fine fol. 336. b. Impressum Rome opus in domo Petri & Francisci de Maximis. iuxta campum Flore. presidentibus magistris Conrado Sueynbeym et Arnoldo panartz. Anno dominici natalis. M.CCCC.LXX. S. d. n. domini Pauli. II. Veneti

Veneti Pontificis Maximi Anno. VI. Vrbe et Ecclesia florente. Char. rom. sine sign. cust. 3 pagg. num. fol. mai.

Editio secunda, quae omnino à priori anni 1468 differt, ut optime docuit Cl. Audiffr. p. 52. sqq. Maitt. p. 285. Crevenna l. p. 65. de la Vall. I. p. 158 sq. Braun I. p. 127. Schoenemann l. c. Tom. I. p. 585. Bibl. Anspac. Bibl. P. Nor.

40. M. TVLLII CICERONIS Epistolae ad M. Brutum, ad Q. fratrem, ad Octavium et ad Atticum, ex recognitione Joan. Andreae. Praecedat eiusdem Epistola ad Paulum II. In fine: Impressum Rome opus In domo Petri et Francisci de Maximis. iuxta campum flore. presidentibus Magistris Conrado Suueynbeym et Arnolde pannartz. Anno dominici natalis. M.CCCC.LXX. s. d. n. domini Pauli II. Veneti Pont. Max. anno. VI. Vrbe et ecclesia florente. Epistola supposititia ad Octavium, quae in hac editione subiicitur Epistolis ad Q. fratrem inscribitur: Liber Quintus; et ad eius calcem legitur: Liber Sextus. Ad Atticum primus. Char. rom. sine sign. cust. 3 pagg. num. fol.

Editio vel prima vel secunda, expressae enim sunt eodem anno Venetiis typis Nic. Jenson. Maitt. p. 287. Audiffr. p. 56. Laire p. 160. Gaign. I. p. 386. Clement VII. p. 123. Bibl. Goetting.

41. S. LEONIS Papae Sermones et Epistolae, ex recognitione Jo. Andreae Aleriensis. Praemissa est fol. 1. a. Johannis Andree Episcopi Aleriensis. Ad summum Pontificem. Paulum. II. Epistola, quae fol. eod. b. in medio finitur. Sequuntur immediate Rubricae totius operis per ordinem. Haec fol. 3. a. terminatur. Sermones ipsi fol. 4. a. incipiunt. Rubrica primi haec est: Beati Leonis pape de assumptione sua ad Pontificatum gratiarum actionis sermo. Primus. Praeter sermones continet haec collectio Epistolas quinque, Tractatum B. Leonis contra heresin Eutythitil, Symbolum Nicenum, Testimonia - quod D. N. Jesus Christus sit verus Deus &c. In fine fol. 133. a.

Aspicis illustris lector quicumque libellos  
Si cupis artificum nomina nosse: lege  
Aspera ridebis cognomina Teutona: forsan  
Mitiget ars musil inscia uerba uirum.  
Conradus suueynbeym: Arnoldus pannartzque magistri  
Rome impresserunt talia multa simul.  
Petrus cum fratre Francisco Maximus ambo  
Huic operi aptatam contribuere domum.

M.CCCC.LXX.

Char. rom. sine sign. cust. 3 pagg. num. fol.

Editio originalis. Maitt. p. 287. ubi etiam not. 2. ex Caille p. 26. qui sequitur Saub. Hist. B. N. p. 118. editio Colon. anni 1470 excitatur - quae fabula est. Audiffr. p. 57. Laire p. 152. Gaign. I. p. 69. de la Vall. I. p. 178. sq. Rossi p. 47. Bibl. P. Nor.

42. L. C. LACTANTII FIRMIANI opera ex recognitione Joan. Andreae Aleriensis. Fol. 1. a. incipit: Jo. Andr. Aleriens. ad Paulum II. Epistola. Fol. eod. b. Sequitur Index capitum, qui fol. 10. a. terminatur. Hunc excipit fol. eod. b. Erratorum Lactantii per Anton. Raudensem tabula cum epigrammate Adami Montaldi. Fol. 12. Incipiunt Institutiones &c. In fine:

Aspicis illustris lector &c.

Conradus suueynbeym: Arnoldus pannartzque magistri  
Rome impresserunt talia multa simul.

Petrus cum fratre Francisco Maximus ambo

Huic operi aptatam contribuere domum.

M.CCCC.LXX.

Cbar. rom. sine cust. sign. & pagg. num. fol.

Editio tertia Romana et prima, quam Aleriensis recognovit. Prima est Sublacensis anni 1465. altera Romana, per hos typographos anno 1468. impressa. Et Sublacensem ex horum virorum officina prodisse, patet ex uerbis Aleriensis, quae in Epistola ad Paulum II. leguntur: Sumant igitur, inquit Aleriensis, studiosi abs te hoc tempore per nostros ingenuos opifices, Lactantium Firmianum semel ab iis, iterumque impressum prius, nonnullis in locis profecto veriozem. Tituli librorum in hac editione typis exscripti sunt. Maitt. p. 285. Audiffr. p. 58. Laire p. 153. de la Vall. I. p. 153. Rossi p. 47. Laire Ind. I. p. 224. Bünnemann. l. c. n. 2. Schoenemann l. c. T. I. p. 187.

43. S. AVGVSTINI de Civitate Dei Libri XXII. Praecedit Index foll. 13. in quo ad formam registri exhibetur verbum primum a quo incipit unumquodque caput in decursu librorum. Tum: Aurelii Augustini Hipponen epi In libros de Ciuitate dei Argumentum operis totius. Ex libro retractationum. Prefatio in libros de Civitate dei Ad Marcellinum v. Cl. In fine:

Aspicis illustris lector quicumque libellos &c.

Conradus suueynbeym: Arnoldus pannartzque magistri

Rome impresserunt talia multa simul.

Petrus cum fratre Francisco Maximus ambo

Huic operi aptatam contribuere domum.

M.C.C.C.C.LXX.

Cbar. rom. sine sign. cust. & pagg. num. fol. mai.

Editio romana tertia. Maitt. p. 286. Audiffr. p. 61. Differere hanc editionem a praecedentibus ibidem ad oculum demonstratur. Laire p. 156. Rossi p. 45. Crevenna I. p. 67. Soubise p. 64. Laire Ind. II. p. 217. Catal. Bibl. Pinelli I. p. 86.

44. M. FABII QVINTILIANI Institutionum oratoriarum Libri XII. et recognitione et cum Praefatione Jo. Andreae ad Paulum II. In fine huius epistolae: Anno dominici natalis M.CCCCLXX. Pont. uero tui septimo. Epistolae Aleriensis subiicitur Epistola Campani ad Franciscum Piccolomineum; hanc excipiunt Rubricae foll. 4. Fol. 5. Opus ipsum incipit. In fine:

Aspicis illustris lector &c.

Conradus suueynbeym: Arnoldus pannartzque magistri

Rome impresserunt talia multa simul.

Petrus cum fratre Francisco Maximus ambo

Huic operi aptatam contribuere domum.

Cbar. rom. sine sign. cust. & pagg. num. fol.

Maitt. p. 291. Audiffr. p. 63. Laire p. 159. Rossi p. 70. Catal. Bibl. Pinelli III. p. 21.

45. SVETONIUS TRANQVILLVS de XII. Caesaribus, ex recognitione Joan. Andreae Aler. Episc. *Praecedat* eiusdem Epistola ad Paulum II. P. M. *Ad calcem huius praefationis* Ausonii Carmen de XII. Caesaribus per Suetonium scriptis, quod 41. versibus constat. *Post hos versus legitur: Tibi Pater beatissime omnes uitam optant et felicitatem diutissimam Dominici Natalis MCCCC.LXX. Pontificatus uero tui Anno VII. foll. 2. Fol. 3. Sequuntur Rubrice librorum per ordinem. In fine:*

*Aspicias illustris lector &c.*

*Conradus suueynbeym: Arnoldus pannartzque magistri*

*Rome impresserunt talia multa simul.*

*Petrus cum fratre Francisco Maximus ambo*

*Huic operi aptatam contribuere domum.*

*MCCCC.LXX.*

*Char. rom. sine cust. sign. & pagg. num. fol.*

*Maitt. p. 289. Audiff. p. 64. Laire p. 159. Rossi p. 71. Gaign. II. p. 90. de la Vall. III. p. 152. Bolong. Crev. IV. p. 94.*

46. Diui THOME AQVINATIS continuum in librum Evangelii Secundum Matthaeum et Marcum. *In fine:*

*Aspicias illustris lector &c.*

*Conradus suueynbeym: Arnoldus pannartzque magistri*

*Rome impresserunt talia multa simul.*

*Petrus cum fratre Francisco Maximus ambo*

*Huic operi aptatam contribuere domum.*

*MCCCC.LXX.*

Continuo in Euangelium S. Marci nullus praescriptus est titulus. Ultimo autem fol. b. Continui in Euangelium Mathaei habetur elenchus omnium capitulorum eiusdem Evangelii. *Succedunt foll. 2. quae continent Lectiones eiusd. Evangelii. In fine Continui in Euangel. Marci post subscriptionem similis lectionum tabula folio peculiari occurrit. Sequitur Super Euangelio Sancti Lucae Continuum Sancti THOME. In fine fol. 183. b. Recognitum Rome a Jo. Andree. Epo Aleriensi. et absolutum Die decima Octobris. MCCCC.LXX. LECTOR VALE. Sequitur Beati THOME AQVINATIS Continuum in Euangelium Sancti Johannis. In fine fol. 159. b. post indicem lectionum Evangeliorum Lucae et Johannis: Jo. Andreas Episcopus Aleriensis recognouit. Impressum Rome opus in domo Petri et Francisci de Maximis Juxta campum Flore: presidentibus magistris Conrado Suueynbeym et Arnolde pannartz Anno dominici natalis. MCCCC.LXX. die VII. decembris. S. D. N. Domini Pauli. II. Veneti Pont. Max. Anno. VII. Vrbe et Ecclesia florente. Char. rom. sine cust. sign. & pagg. num. lin. 46. fol. mai.*

*Editio prima. Maitt. p. 287. Audiff. p. 68. Laire p. 157. Rossi p. 47. Pinelli I. p. 40. de la Vall. I. p. 58. Bibl. P. Nor.*

47. Beati JOHANNIS CHRYSOSTOMI Homiliae in Euangelium S. Johannis, latine, interprete Francisco Aretino. *Praecedunt foll. 13. Praefatio anonymi, quae testatur Franciscum Aretinum fuisse interpretem harum homiliarum. Indices rerum et Evangeliorum. In fine: Omilie. LXXXVII. Beati Johannis Chrysostomi super euangelio Johannis Rome*

in. S. Eusebii monasterio scripte et diligenter correcte: Anno dni. M.CCCC.LXX. die Lu-  
ne. XXIX. Mensis Octobri. Ponti. S. in xpo patris ac domini nostri dni Pauli diuina pro-  
uidentia Pape secundi: Anno eius septimo: Expliciunt: Deo laus. Nomen typographi  
quidem non additur; Georgium Lauerum Herbipolitanum autem illum fuisse, qui tunc  
temporis Romae in monasterio S. Eusebii artem typographicam exercuit, probabile est (cf.  
Laire p. 109. sqq.) Char. rom. rudior. sine cust. sign. & pagg. num. foll. 278. fol.

Editio prima. Maitt. p. 287. Audiffr. p. 67. Laire p. 161. Crevenna I. p. 64. Pinelli I.  
p. 69. Gaign. I. p. 64. Freyt. Adpar. I. p. 91. Clement VII. p. 93. Laire Ind. I. p. 220.

48. Illustrium virorum Epistolae. Romae per Sueynheim et Pannartz. 1470. fol.

Maitt. p. 299. ex Le Longio et Catalogo Wittiano. Audiffr. p. 67. Editio plane apocry-  
pha In Catalogo Bibl. Wittianae p. 67. n. 694. non alia excitatur, quam illa, itidem  
apocrypha editio Mediolanensis anni 1469. In editione Annal. Maitt. anni 1719. p. 66.  
not. c. huius editionis, Mediolani, ut perperam asseritur, 1469. typis expressae, ex Catalogo  
Wittiano mentio fit. Immediate post hanc notitiam legitur: Romae in domo Petri et Fran-  
cisci de Maximis praesidentibus Conrado Sweynheim et Arnoldo Pannartz MCCCCLXX.  
Quis non videt, omissum hic esse titulum libri cuiusdam, Romae impressi, ad quem haec  
subscriptio pertinebat? Hinc origo erroris!

49. RVFFINI opera Romae 1470. fol.

Audiffr. p. 69. Est fortasse Versio Eusebii &c. Romae 1476 edita.

MCCCCLXXI.

50. IUSTINI historici politissimi Epitoma in Trogi Pompei historias prooemium in-  
cipit. Haec in fronte fol. 1. In fine:

Anser Tarpeii custos Jouis &c.

Udalricus Gallus: ne quem poscantur in usum

Edocuit pennis nil opus esse tuis

Imprimit ille die: quantum non scribitur anno

Ingenio: haud noceas: omnia vincit homo.

Sine nota anni, sine sign. cust. & pagg. num. 4. seu fol. min.

Editio altera princeps; praecessit illam Veneta anni 1470. Et hanc, vel 1470. uel 1471. ty-  
pis vulgatam esse, probabile est. Maitt. p. 292. ad ann. 1470. refert. Sic Rossi p. 67. Au-  
diffr. p. 69. ad ann. 1471. Laire p. 134. ad ann. 1469.

51. Antiqua Urbis (ROMAE) STATUTA iussu Pauli II. reformata, novorumque ac-  
cessione locupletata. Libri IV. Praecedit Index rubricarum librorum, qui fol. 7. b.  
terminatur. Fol. 8. a. incipit Prologus. Fol. eod. b. incipiunt Statuta ciuilia. Fol. 46. se-  
quuntur Statuta criminalia. Liber tertius qui de extraordinariis agit, incipit fol. 46. Li-  
ber quartus, sine rubrica, de personis uariis, coram iudice agentibus fol. 156. a. termi-  
natur. Post Bullam Pauli contra sumentes uindictam, quae data est 1466. X. Kal.  
Octobr. Secuntur (sic) ordinationes nuptiarum dotium funeralium et aliorum in eis  
contentorum. foll. 6½. Char. rom. Udalrici Galli circa 1470-1471. Char. rom. sine cust.  
sign. & pagg. num. foll. 163. fol.

Audiffr. p. 70. Denis Suppl. p. 676. Bibl. P. Nor. ubi extat exemplum optime seruatam.

52. MAVRI SERVII HONORATI GRAMMATICI IN TRIA VIRGILII OPERA EXPOSITIO IN-  
CIPIT. ET PRIMO IN BYCOLICA. Haec in fronte fol. 1. a. In calce ultimi Commenta-  
rii,



rii, qui finitur binis Homeri versibus, graece excusis, post Poetae nomen in eadem linea haec epaenologia subiuncta fuit:

Laus tibi Criste Jesu initium atque finis omnium rerum. amen.

Tum

*Anser Tarpeii custos Jovis: &c.*

*Vdalricus Gallus: ne quem poscantur in usum*

*Edocuit pennis nil opus esse tuis.*

*Imprimit ille die: quantum non scribitur anno*

*Ingenio. haud noceas. omnia uincit homo.*

Sequitur registrum. folior. Sine nota anni; char. rom. maiusc. sine sign. cust. 3 pagg. num. graeco caractere pro loc. graec. adbibito. fol.

*Audiff. p. 71. Maitt. p. 292. ad ann. 1470. refert. Laire ad ann. 1469. Virgilii opera omnia cum Commentar. Mauri Servii; male quidem; nam textus Poetae in hac editione desideratur. Cl. Heyne Ed. II. p. LXXVI.*

53. S. CYPRIANI Carthaginensis Episcopi Epistolae, ex recognitione Joán. Andreae. In fronte fol. I. a. Jo. An. Episcopi Alerieñ. ad Paulum. II. Venetum Pon. Max. in epistolas Diui Cypriani. Epistola. Terminatur haec epistola fol. 2. b. Excipit illam immediate: Epistolarum Sãcti Cypriani Martyris Carthaginensis Episcopi tabula; quae fol. 3. finitur. Fol. 4. Epistolae incipiunt. In fine:

*Aspiciſ illustris lector &c.*

*Conradus suueynbeym: Arnoldus pannartzque*

*Rome impresserunt talia multa simul.*

*Petrus cum fratre Francisco Maximus ambo*

*Huic operi aptatam contribuere domum.*

M.CCCC.LXXI.

Char. rom. sine sign. cust. 3 pagg. num. foll. 183. lin. 37. 38. fol.

*Editio, ut mihi quidem videtur, prima, ad quam Veneta eiusdem anni expressa est, emendatis tamen vitis quibusdam typographicis, quae in Romana occurrunt. Descripsit illam Aleriensis ex vetusto codice Parisiensi, cum studiorum causa in eadem urbe versaretur. Maitt. p. 300. Audiff. p. 72. Laire p. 164. Pinelli I. p. 95. Crevenna I. p. 57. Gaign. I. p. 62. de la Vall. I. p. 151. Goetz. I. p. 35. Quirini l. c. p. 128. sq. Bibl. P. Nor.*

54. BIBLIA LATINA cum opusculo ARISTEAE. Volum. II. Praecedit fol. I. a. Epistola Aleriensis, quae sic inscripta est: Jo. An. Alerieñ. ad Paulum II. Venetum Pon. Max. Epistola. Data est illa XV. Martii 1471. Excipit illam immediate tabula contentorum in utroque volumine, quae fol. 2. a. sic concluditur: In summa erunt in duobus voluminibus libri LVI. Et capitula in eis circiter M.C.LXXXVIII. Sequitur opusculum Aristeae de LXXI. Interpretibus, ex versione Matthiae Palmerii cum eius Epistola ad Paul. II. In eius calce legitur: Finis Aristeae ad Philocratem fratrem de interpretatione LXXII. Interpretum per Mathiam Palmerium Pisanum e greco in latinum uersi. Sequenti fol. a. Incipit Epistola sancti Hieronymi ad Paulinum presbyterum: de omnibus diuine historiae libris. Volumen primum, cum subscriptione: Finis psalterii, terminatur. In fine Apocalypseos seu Voluminis secundi:

Aspiciſ

Aspicis illustris lector &c.

Conradus suueynbeym: Arnoldus pannartzque magistri

Rome impresserunt talia multa simul.

Petrus cum fratre Francisco Maximus ambo

Huic operi aptatam contribuere domum.

M.CCCCLXXI.

Sequuntur Interpretationes hebraicorum nominum ordine alphabetico dispositorum  
foll. 65. Char. rom. sine sign. cust. & pagg. num. fol. maior.

Editio prima Romana, quam Aleriensis vel ex MSTO codice aliquo excudi, aut exemplar Moguntinum e Codice MSTO emendari curavit. Expressa est ad hanc Romanam, Norimbergensis anni 1475 typis Andr. Frisner & Joannis Sensenschmidt excusa. Maitt. p. 300. Audiffr. p. 73. Laire p. 172. Bibl. R. Paris. I. p. 5. Roloff I. p. 198. Gaign. I. p. 7. Masch. P. II. V. III. C. II. S. I. p. 103.

55. SILII ITALICI Punicorum libri XVII. In fine: Anno dominici Natalis. M.CCCC. LXXI. die V. mensis Aprilis. Summo Pont. Paulo. II. Veneto Anno pont. VII. Jo. An. Episcopus Alerien. In Insula Cyrno. recognitionem absoluit diebus circiter. XV. Lector beniuole uale perpetuo.

Aspicis illustris lector &c.

Conradus suueynheim: Arnoldus pannartzque magistri

Rome impresserunt talia multa simul.

Petrus cum fratre Francisco Maximus ambo

Huic operi aptatam contribuere domum.

Char. rom. sine cust. sign. & pagg. num. fol.

Editio princeps. Maitt. p. 303. Audiffr. p. 74. Laire p. 164. Pinelli II. p. 372. Askew p. 116. de la Vall. II. p. 101. Gaign. I. p. 422. Goetz. III. p. 226. Laire Ind. I. p. 252. Crevenna T. III. p. 229.

56. CALPURNII Eclogae VII. NEMESIANI Eclogae IV. ex recogn. Joh. Andreae. Fol. 1. a. C. Calphurnii Carmen bucolicum incipit feliciter. Coridon et Ornitus pastores benivoli interlocutores. Calphurnii Eclogae septem sunt, quibus accedunt IV. NEMESIANI quamuis auctoris titulum nullatenus referant, et eiusdem Calphurnii hac in editione censeantur, ut ex hisce uerbis: C. Calphurnii bucolicon carmen desinit, quae ad calcem reperiuntur, patet. Romae typis Conradi Suueynbeym et Arnoldi Pannartz M.CCCCLXXI. Char. rom. sine sign. cust. & pagg. num. lin. 38. foll. 15. fol.

Editio prima. Maitt. p. 303. Audiffr. p. 75. Laire p. 165. Gaign. I. p. 395. Bolong. Crevenn. III. a. p. 168. Fossi l. c. T. I. p. 450.

57. HESIODI Poete Εργα και ημεραι. I. opera et dies georgicon Liber Nicolai de Valle e greco conversio. Praecedat Epigramma 18. versuum ad Pium II. cuius haec est inscriptio: Pio II. Pont. Max. Nicolaus de Valle. Char. eod. rom. foll. 15. fol.

Maitt. p. 303. Audiffr. p. 75. Calphurnium et Hesiodum eodem anno, eademque opera impressos fuisse, ac Silium Italicum constat. Inveniuntur etiam duo hi Poetae in pluribus exemplis cum Silio Italico compacti.

58. M. TVLLII CICERONIS Orationes, quotquot reperiri potuerunt studio et labore Joh. Andreae Aleriens. Praecedat foll. 5. Epistola eiusdem ad Paulum II. P. M. quae data est Rome natalis dominici M.CCCC.LXXI. Pontificatus uero tui Anno Septimo. In fine:

Aspicis

Aspicias illustris lector quicumque libellos &c.

Conradus suueymbeym (sic): Arnoldus pannartzque magistri

Rome impresserunt talia multa simul.

Petrus cum fratre Francisco Maximus ambo

Huic operi aptatam contribuere domum. MCCCCLXXI.

Cbar. rom. sine custod. sign. 3 pagg. num. fol.

Editio secunda, si non princeps. Maitt. p. 301. Audiifr. p. 76. Laire p. 167. Clement VII. p. 150.

59. P. OVIDII NASONIS operum ex recognitione Jo. Andreae Volumen I. quod complectitur Libros Metamorphoseon. Praecedit fol. i. b. Jo. Andr. Aler. Epistola ad Paulum II. quae data est: Rome quintodecimo Kal. Augu. M.CCCC.LXXI. Pontificatus tui candidissimi. Anno septimo. Et infra:

Orba parente suo quicumque uolumina cernis

His saltem uestra detur in urbe locus.

Quoque magis foueas: non hec sunt edita ab ipso

Sed quasi de domini funere rapta sui.

Quicquid in his igitur uitii rude carmen habebit:

Emendaturus si licuisset: eram.

Fol. seq. a. incipit opus ipsum, in cuius fine legitur:

Aspicias illustris lector &c.

Conradus suueymbeym: Arnoldus pannartzque magistri

Rome impresserunt talia multa simul.

Petrus cum fratre Francisco Maximus ambo

Huic operi aptatam contribuere domum.

Volumen II, iisdem typis, eodemque forte anno, impressum (Legitur in Epistola Alerien-  
sis Volumini primo praefixa - Metamorphoseos opus - recognouimus. Caetera eius Poe-  
tae opera quantâ curâ possumus, congregamus: ut lenissimus Vates in duobus legi to-  
tus Voluminibus possit) comprehendit Amorum libros III. Elegias de arte amandi, Pu-  
licem, de Remedio amoris, Consolationes ad Liuiam, Epistolas Heroïdes, Nucem,  
Medicatam faciem, Ibin, Libros tristium et fastos. In fine horum legitur: Finis. VI. lib-  
rorum Fastorum Ouidii Ad. Ti. Cesarem Germanicum Aug. fol.

Editio princeps. Maitt. p. 303. Audiifr. p. 77. Laire p. 166. Gaign. I. p. 417. Bibl. Bodl. II. p. 55. Laire Ind. I. p. 161. Bolong. Crevenna III. p. 143.

60. P. VIRGILII MARONIS Opera ex recognitione Joannis Andreae, et cum duplici  
huius praefatione, una ad Paulum II. et alia ad Pomponium Laetum. Huic praeposita est  
sequens epigrapha: Joannis Andree Episcopi Alerien. in Cyrno idest Corsica Insula in  
SECUNDAM VIRGILII IMPRESSIONEM ad Pomponium infortunatum suum Epistola. Carmi-  
na, quae in hac editione post libros Aeneidum sequuntur (cf. edit. ann. 1469. p. 412.  
n. 19.) auctiora sunt et 9. implent folia. In fine Elegiae de Moecenatis obitu:

Aspicias illustris lector &c.

Conradus suueymbeym: Arnoldus pannartzque magistri

Rome impresserunt talia multa simul.

Annal. typ. Vol. II.

- H h h

Petrus

*Petrus cum fratre Francisco Maximus ambo  
Huic operi optatam contribuere domum.*

*Sine nota anni, at circa annum 1471. expressam esse hanc editionem verisimile est. Char.  
rom. sine sign. cust. & pagg. num. fol.*

*Editio secunda Aleriensis. Maitt. p. 309. Audiffr. p. 79. Laire p. 148. ad annum 1469.  
refert. Cl. Heyne l. c. p. XLVI.*

61. M. TVLLII CICERONIS opera philosophica in duo Volumina divisa. *Volumine  
primo continentur: De Natura Deorum Libri III. De divinatione libri II. De officiis li-  
bri III. Paradoxa, Laelius, Cato maior. In fine: FINIS.*

*Hoc Conradus opus Suevynbeym ordine miro  
Arnoldusque simul Pannartz una aede colendi  
Gente Theotonica Rome expediere sodales.*

*Anno xpi. M.CCCC.LXXI. die uero. XXVII. mensis Aprilis.  
Rome in domo magnifici uiri Petri de Maximo.*

*Volumine secundo continentur: Tusculanarum quaestionum libri quinque. De Fini-  
bus libri quinque. De Fato. De petitione Consulatus. Pars libelli de Philosophia. De  
essentia Mundi. Academicae quaestiones. De Legibus libri tres.*

*In fine: Aspicias illustris lector &c.*

*Conradus suevynbeym: Arnoldus pannartzque magistri  
Rome impresserunt talia multa simul.*

*Petrus cum fratre Francisco Maximus ambo  
Huic operi aptatam contribuere domum*

*M.CCCC.LXXI. DIE. XX. SEPT.*

*Char. rom. sine sign. cust. & pagg. num. fol.*

*Maitt p. 302. Audiffr. p. 80. it. p. 436 sqq. Laire p. 167. Laire Ind. I. p. 331. Bolong.  
Crev. II. p. 42. sq. Fossi l. c. T. I. p. 545.*

62. NICOLAI DE LYRA Glossae in uniuersa Biblia ex recognitione Joannis Andreae.  
VOLUMEN PRIMVM. Praecedit fol. 1. a. Jo. An. Alerien. S. D. nostri Pape xyfti. IIII. Bib-  
liothecarii. In recognitionem Nicolai de Lyra ad ipsum Pontificem Epistola. *Data est:  
Romae XIII. Nouembris. M.CCCC.LXXI. Pontificatus tui iucundissimi. Anno primo. Fi-  
nitur fol. 2. a. Fol. 3. Sequitur index librorum in hoc volumine contentorum, qui  
sunt Pentateuchus, Josue, Judicum, Ruth, Reges, et Paralipomena. In fine habentur  
tria folia, quibus praepositus est titulus sequens: Incipit Registrum super. Josue. Judi-  
cum. Ruth. Regum. et Paralyppominon (sic.) Terminatur fol. 3. a. lin. 7. infra quas:*

*Aspicias illustris lector quicumque libellos  
Si cupis artificum nomina nosse: lege:  
Aspera ridebis cognomina teutona: forsan  
Mitiget ars musis inscia uerba uirum.*

*Conradus suevynbeym: Arnoldus pannartzque magistri  
Rome impresserunt talia multa simul.*

*In domo Petri de Maximis Anno salutis  
M.CCCC.LXXI. Die. XVIII. Nouembris.*

*Char. rom. sine sign. cust. & pagg. num. foll. 451. fol. mai.*

*Maitt. p. 311. Audiffr. p. 81. Laire p. 177. Masch. l. c. P. II. Vol. III. p. 360. Braun I. p. 140. sq. Laire Ind I p. 347. Reliqua IV. Volumina sunt anni 1472.*

63. LAURENTII VALLAE de Elegantia linguae latinae Libri VI. Fol. 1. b. extat carmen Lucidi Aristophili Surronei in laudem impressorum, quod sic incipit: Nos homines, taleque manus si prisca tulissent Secula &c Fol. 2. a. Incipit: Laurentii Valensis (sic) clarissimi: et de lingua latina: bene merentis: ad Joannem Tortellium Aretinum: cui opus Elegantiarum linguae latine dedicat: Epistola. Fol. 4. a. Incipiunt capitula de (sic) rubrice primi libri elegantiarum Laurentii Valle. In fine harum Rubricarum legitur:

Custos arcis Tarpeie:

Anser uade foras: nil custoditur in arce.

Pro pennis poteris hic habitare tuis.

His hucusque fuit nobis opus: horrida clangis

Debueras gallos non pepulisse traces.

Ji tibi nunc adimunt pacem: uiteque quietem.

Vade: nisi maius (sic) uentribus esse cibus.

Infra hos uersus

*Multus eras primum Laurenti: plurimus es nunc:*

*Hec tu messani donna Joannis babes.*

*Et impressa sunt in domo nobilis uiri. Joannis Philippi de Lignamine de messana ut supra. scutiferi. S. D. N. Pape. In fine Operis: Summi Oratoris. Laurentii Vallae. De Elegantia Latine Linguae Sextus Liber Explicit feliciter Anno gratie. M.CCCC.LXXI. Rome in Pinia Regione Paulo sedente. II. Anno Pontificatus. sui. VII. B. R. M. Char. rom. sine sign. cust. 3 pagg. num. fol.*

*Editio princeps. Maitt. p. 308. Audiffr. p. 82. Laire p. 172. Rossi p. 75. Pinelli III. p. 276.*

*Gaign. I. p. 370. de la Vall. II. p. 14. Bolong. Crev. III. p. 31. Meusel. Magaz. III. p. 101. sqq.*

64. S. AMBROSII Episcop. Mediol. Libri III. Fol. 1. a. Incipit Liber S. Ambrosii Mediolanensis Epi De Officiis liber (sic) Primus incipit. In fine: Expliciunt Libri Beati Ambrosii Episcopi Mediolanensis de Officiis. B. R. Ex officina Job. Phil. de Lignamine prodiisse hunc et sequentes duos libros, ipsemet meminit in praefatione libri Pongie Lingua Dominici Cavalchae 1472. impressi. fol. min.

*Audiffr. p. 84. Laire p. 187. ad ann. 1472. Gaign. I. p. 64. Denis Suppl. p. 487.*

65. LACTANTII FIRMIANI opera. Romae ex officina Job. Phil. de Lignamine.

*Audiffr. p. 85.*

66. Q. HORATHI FLACCI opuscula. Romae ex officina Job. Phil. de Lignamine.

*Audiffr. p. 85.*

67. JOH. DE ARRAGONIA Protonot. Apost. Oratio habita ad Sixtum IV. nomine Ferdinandi regis XIII. Kalendas Januarias Anno ab ortu Jesu Christi MCCCCLXXI. Praefatur Joh. Phil. de Lignamine. Item JOH. DE ARRAGONIA ad regem Ferdinandum Oratio cum ab urbe Roma Neapolim reuersus ipsi gratias exhibet de benigna sua apud summum Pontificem receptione. Char. lat. Job. Phil. de Lignamine. Romae, foll. 4. fol.

*Audiffr. p. 85. Laire p. 173. Denis Suppl. p. 5.*

68. BERNARDI JUSTINIANI Leonardi Oratoris Fisci Legati Veneti Oratio Habita Apud Sixtum Quartum Pontificem. *In fine: Acta Rome. IIII. nonas decembris. Anno Millesimo-quadringsesimoseptuagesimoprime. in consistorio publico. Regnante Sixto IIII. Pontifice maximo. Anno eius primo Et impressa sunt in domo nobilis Viri Johannis Philippi de Lignamine. Siculus. (sic) Scutifer Sanctissimi pa. supradicti. Haec oratio simul impressa est cum duabus praecedentibus. Char. rom. foll. 9. fol.*

*Audiff. p. 85. Laire p. 174. Denis Suppl. p. 5.*

69. SIXTI IV. Pontif. Max. de conceptione B. Virginis contra errores cuiusdam Carmelitae Bononiensis. *Romae MCCCCLXXI.*

*Maitt. p. 310. Audiff. p. 86.*

70. REGVLE, Ordinationes & Constitutiones Cancellarie Sanctissimi dni nostri domini SIXTI Diuina Prouidentia Pape IIII. scripte et correcte in Cancellaria Apostolica - date in crastinum assumptionis sue ad summi Apostolatus apicem, uidelicet die decima mensis Augusti anni a Natiuitate Dni MCCCCLXXI. *In fine: Lecte et publicate fuerunt supradicte regule in Cancellaria apostolica die martis uicesima septima mensis Augusti anno dni M.CCCCLXXI. Post quae: Sequuntur Taxe Cancellarie Apostolice, et primo de Expectatiuis Rubrica. 4.*

*Maitt. p. 310. Audiff. p. 86. ex Marchand Diction. Histor. Tom. II. p. 271.*

71. Incipit EUTROPIVS historiographus: et post eum PAVLVS DIACONVS de historiis italice prouincie ac Romanorum. *Haec in fronte post tabulam. fol. 9. a. In fine: Eutropius historiographus Rome impressus Anno dni. M.CCCC.LXXI. die lune. XX. Mensis Mai. Ponti S. in xpo patris ac dni nostri domini Pauli diuina prouidentia Pape secundi. Anno eius Septimo Explicit. Praemittitur foll. 8. duplex index, alter chronologicus Regum &c. alter alphabeticus, praefixo hoc communi titulo: Tabula huius libri, in qua primo per ordinem reperiuntur Reges et precipue Romanorum, deinde Consules Imperatoresque - Ultimo per ordinem Alphabeti contenta partialia, cum nominibus aduersariorum urbis seu predictorum Regum et Imperatorum aut Consulum. Sequitur Registrum Quinternionum. Char. uti uidetur, Georgii Lauer, sine sign. cust. 3 pagg. num. 4.*

*Editio princeps. Maitt. p. 307. Audiff. p. 87. Laire p. 175. Pinelli I. p. 67. Rossi p. 66. Gaign. II. p. 50. de la Vall. III. p. 135. Laire Ind. I. p. 343.*

72. SILII ITALICI Punicorum Libri XVII. *In fine post breuem vitam Poetae: Opus iam Neglectum Pomponius recognouit. Anno Domini MCCCCLXXI. VI. Calend. Mai. Rome. Char. lat. uti putatur, Georgii Lauer, sine sign. cust. 3 pagg. num. lin. 34. 4. mai.*

*Audiff. p. 88. Laire p. 165. Denis Suppl. p. 9. Crevenna III. p. 230. Bol. Creven. III. p. 156.*

150. AMMIANI MARCELLINI Historiarum siue rerum gestarum libri XIV - XXVI. ex recogn Angel. Sabini. Praecedit: Ad R. D. Ludouicum Donatum Episcopum Bergomensem praefatio in Ammiano Marcellino. per. A. Sabinum. Poe. Lau. *In fine: Ammiani Marcellini Impressio Historiographi dignissimi Rome facta et totius orbis terrarum regine olim et imperatricis arte maxima et ingenio per dignissimos Impressores Georgium Sachsel de Reichenbal & Bartholomeum Golsch de Hobenbart clericos Anno dni. M. CCC. LXXIIII Die uero VII. Junii Mensis Pontificatu uero Sixti diuina prouidentia Pape Quarti anno ejus Tertio. fol.*

*Editio princeps. Maitt. p. 334. Audiffr. p. 158. Laire p. 205. Rossi p. 64. Askew p. 30. Clement I. p. 268. Bolong. Crev. IV. p. 98. Bibl. Goetting.*

151. ANGELI SABINI Paradoxa in Iuuenalem, cum tribus eius epistolis ad Nic. Perottum. Priores duae Sabini epistolae operi praeponuntur; utraque hanc gerit inscriptionem: Ad Reuerendum D. Nicolaum Perottum Pont. Sypontinum p. A. Sabinum Poe. Lau. *paradoxa in Iuuenali incipiunt feliciter. Tertia ad calcem adiecta est. In fine: Paradoxa hec super diui Iuuenalis libro In alma Vrbe Roma Impressa sunt totius orbis terrarum Regina olim et Imperatrice arte maxima atque ingenio dignissimorum Impressorum: Georgii Sachsel de Reichenbal et Bartholomei Golsch de Hobenbart Clericorum. Anno domini M llesimo quadringentesimo septuagesimo quarto. die uero. IX. Mensis Augusti Pontificatu uero Sixti*



*Sixti diuina prouidentia IIII. anno eius. III. Sequitur tabula foliorum et quelibet riga continet unum quinternionem. fol.*

*Maitt. p. 337. Audiffr. p. 159. Laire p. 205. de la Vall. II. p. 106.*

152. PETRI DE ANCHARANO Consiliorum Partes II. Praecedit tabula seu Index foll. 19. In fine: Finis secunde partis consiliorum eximii utriusque doc. do. p. de an. Rome impressum per magistrum adam Rot clericum meten. dioc. Anno salutis. M.CCCC. LXXIII. XXVII. mensis Junii. Sub Sixto. IIII. Ponti. maxi. Registrum folior. fol. max.

*Maitt. p. 333. Audiffr. p. 161. Laire p. 209. Bibl. P. Nor.*

153. HOMERI Iliados libri aliqui per Nicol. de Valle Latino carmine redditi. Praecedit foll. 2. Epistola Theod. Gazae ad Laelium de Valle, Nicolai patrem. In fine: in fronte paginae, quae registrum continet:

Epigramma

Qui legis, emenda, liuor discede, reuersus

In latium duce me magnus Homerus erat.

Romaque certasset tecum uel smirna uel argos

Non potui postquam mors iugulavit opus. Vase.

Sequitur registrum. Infra: Lelius de Valle in memoriam filii. Impressus est iste liber Rome in domo Iohannis Philippi de Lignamine messan. S. D. N. familiaris Anno M.CCCC. LXXIII. prima die Mensis Februarii. Continet haec editio Libr. III. IV. XVIII. qui inscribitur XIV. nec completus est. XVIII. pars exigua XIX. XX. XXII. XXIII. qui valde incompletus est & XXIV. fol. min.

*Maitt. p. 342. Audiffr. p. 161. Laire p. 211. Bibl. Heidegg.*

154. Incipit Crononica (sic) summorum Pontificum Imperatorumque: ac de septem aetatibus mundi ex. S. Hieronymo, Eusebio aliisque uiris excerpta. Praecedit Joh. Phil. Lignaminei Epistola ad Sixtum IV. P. M. foll. 7. In fine: Rome in domo Nobilis uiri Iohannis Philippi de Lignamine Messanen. S. D. N. familiaris hic libellus impressus est. Anno dni MCCCCLXXIII. Die. XIII. mensis Iulii Pont. Sixti IIII. anno eius tertio. Registr. char. fol.

*Maitt. p. 342. ubi Chronica haec nomine Jo. Phil. de Lignamine inscribitur; aliis Chronicon Ricobaldinum cum continuatione Joh. Phil. de Lignamine audit. At Lignamineus ipse nullum cuiusdam Auctoris huic editioni praefixit, nedum suum. Audiffr. p. 162. Laire p. 212. Rossi p. 58.*

155. FLAVII BLONDI Foroliviensis Italiae illustratae libri VIII. Praecedunt foll. 16. quae argumenta XIV. Regionum, in quas opus distributum est, continent. Sequitur folio separato Epistola Gaspari Blondi ad Dominicum Episcopum Brixienf. quae data est: Quarto Idus Decembris. MCCCCLXXIII. Romae (Epistola haec non in omnibus exemplis occurrit. Cl. Audiffr. uidit exemplum, quod habuit epistolam Joh. Phil. de Lignamine ad Sixtum IV.) In fine: Rome in domo Nobilis uiri Iohannis Philippi de Lignamine. Messanen. S. D. N. familiaris. hic liber impressus est. Anno Domini MCCCCLXXIII. Die uero lune quinta. Mensis Decembris. Pont. Sixti IIII. Anno Quarto. Registr. chartar. Char. rom. sine sign. cust. & pagg. num. foll.

*Maitt. p. 339. Audiffr. p. 163. Laire p. 210. De la Vall. III. p. 164. Gaign. II. p. 99. Meusel. Magaz. III. p. 95.*

156. FLAVII BLONDI Foroliviensis Roma instaurata. *In fine: Rome in domo Nobilis viri iobannis Philippi de Lignamine. Messanen. S. D. N. familiaris. hic liber impressus est Anno domini MCCCCLXXIII. Die vero lune quinta Mensis Decembris. Pont. Sixti III. Anno Quarto. fol.*

*Maitt. p. 339. Audiffr. p. 164. adesse eiusmodi editionem, cum hac subscriptione, in omnibus ad illam, quae in fine antecedentis libri leguntur expressam, dubitavit. Asservari tamen exemplum huius editionis non sine causa in dubium vocatae, cum hac subscriptione in Bibl. Monast. Benedict. in Monte S. Michaelis Bambergae, affirmat cl. Plac. Sprenger. cf. Hirschingii Zusätze p. 210. Contrarium patet ex Cl. Meuselii Magaz. III. p. 95. ubi exemplum huius editionis, quod nullam subscriptionem habet, curate describitur. Compactum erat hoc exemplum cum antecedenti libro - hinc illae lacrymae!*

157. Lectura ANTONII DE BUTRIO super quarto Decretalium. *Praecedit Tabula. In fine: Finis Lecture eximii domini Anthonii de butrio, super quarto decretalium utriusq. iur. doc. famosissimi per Johannem reinardi et Paulum leenen clericum leodiens. diocef. rome impressarum. Anno. M.CCCC.LXXIII. die vero veneris uigesima sexta. Mensis Augusti. Sedente Sixto III. pontifice maximo. Anno eius quarto. Registr. fol. mai.*

*Audiffr. p. 165. Denis Suppl. p. 35.*

158. C. PLINII SECYNDI Veronensis Oratoris clarissimi et consularis Epistolarum. Liber primus foeliciter incipit. *Haec in fronte. In fine:*

Cai. Plinii Secundi Nepotis

Epistolarum Liber explicit

Finis. Laus Deo. I. 4. 7. III<sup>o</sup>

Sedente Xysto. pon. max.

eius anno Tertio: Kl.

Junis. ROME. IN HOSPITIO

SANCTIS DE PIRETO: if:

Quinterniones XIII. Cart. V. Papal.

*Cl. Audiffr. quatuor vidit exempla huius editionis. Subscriptio quae est ad calcem trium horum exemplorum, neque annum neque locum editionis ostendit et terminatur voce DEO. In quarto exemplo antiquissima manu adiectae erant quinque postremae lineae allatae subscriptionis. Ex hac annotatione liquet a. 1474. librum iam extitisse, et Romae fuisse excusum in domo Sanctis de Pireto, caractere quidem, ut putat cl. Audiffr. Jo. Schureneri de Bompardia. Continet haec editio IX. libros epistolarum. 4.*

*Audiffr. p. 164. sq. Denis Suppl. p. 640.*

159. Domini LAPI DE CASTELHO utriusque iuris Doctoris Allegationes. *Praecedit Tabula seu Index foll. 16. quae exhibet Summaria allegationum, quae sunt CXXXII. In fine: Finis Allegationum eximii dni Lapi de castelho, utriusque iur. doc. famosissimi per Johannem Reinbardi rome impressarum Anno. MCCCCLXXIII. die vero XVIII. mensis maii sedente Sixto III. pontifice maximo anno eius tertio. fol. mai.*

*Audiffr. p. 166. Denis Suppl. p. 35. Laire p. 213.*

160. AEGIDII DE BELLAMERA Auditoris Causarum in Palatio Apostolico &c. Decisiones Rotae Romanae. *Praecedunt foll. 19. Rubrice iuxta ordinem decretalium. Has excipit*

excipit Tabula conclusionum seu decisionum Rote Reuerendi patris dni Egidii de Bellemere - tunc palatii apostolici causarum Auditoris postea Epi Avinionen. iuxta titulos ordinarios decretalium &c. Sequitur praefatiuncula quaedam, ad cuius finem legitur: *Impresse fuerunt Rome Anno domini M.CCCC.LXXIII. mensis aprilis. Ad laudem omnipotentis Dei amen. Char. lat. ignoti typogr. apud S. Eustach. in domibus Ant. et Raph. de Vulterris. Alii Ulrico Gallo dant. fol. mai.*

*Audiffr. p. 167. Denis Suppl. p. 34. Laire p. 213. Fossil. c. T. I. p. 276.*

161. FORMVLARIVM Instrumentorum. Praecedit foll. 12. Tabula, cum inscriptione: Tabula huius libri est, ut sequitur. Fol. 13. incipit cum sequenti inscriptione: Nota Absolutionem uigore commissionem apostolicam ab excommunicatione lata ob non solutionem pecuniarum simpliciter uel ad cautelam. In fine fol. 259. a: Opus hoc magno grauissimoque labore congestum, summi Opificis gratia, pro utilitate et commodo illorum qui non solum notariatus artem scire laborant sed etiam qui principum maiorumque uestigia indagari conantur. Laudesque gloriam et honores inde cupiunt suscipere. ad finem redactum est. ob institutionem eorum qui impensas studiumque imposuere *Impressoribus et Magistris Johanni Nicolai Hanbeymer de Oppenbeym et Johanni Schurener de Bopardia.* Multa adijci possunt pro arbitrio. Immensum quippe foret que ad officium huiusmodi pertinent breui uolumine perstringere. Studens igitur officiosus animum mentemque adhibeat: *Rome. XXV. Nouembris Anno salutis. M.CCCC.LXXIII. Sedente clementissimo Sixto Papa Quarto Anno eius felici Quarto. Memento Mori. Triplex figura capitis hominis mortui. Sequitur: Registrum huius Libri. Char. rom. sine sign. cust. 3 pagg. num. lin. 39. foll. 260. foll.*

*Maitt. Ind. II. p. 527. Audiffr. p. 167. Bolong. Crevenna II. p. 27. sq. Laire Ind. I. p. 336.*

162. M. T. CICERONIS. ARTIS. RHETORICAE. AD. HERENNIVM. LIBER. PRIMVS. Haec in fronte. In fine: *Impressus quoque est hic M. T. C. Rhetoricorum nouorum ad Herennium. Liber ultimus Rome Per me Vuendellinum de Vuila in Artibus Magistrum. M.CCCC.LXXIII. Registrum. fol.*

*Audiffr. p. 167. Catal. Bibl. Schw. II. p. 142. de la Vall. II. p. 53. Catal. Bibl. Pinell. III. p. 18. Denis Suppl. p. 36.*

163. XENOPHONTIS Cyropaediae Libri VIII. Latine, interprete Francisco Philelpho. Praecedit Fr. Philelphi Praefatio ad Paul. II. P. M. quae 8. pagin. et lin. 10. occupat. In fine:

Huic autem Cyri Paediae Idem Franciscus Philelfus eques auratus. Laureatusque poeta extremam imposuit manum Mediolani ad XI. Kal. octobris, anno a natali christiano millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo. (In quodam exemplo legitur do-decastichum epigramma cuiusdam Calliphili Bernardini Robiatini, in laudem Cyrop. per Philelphum uersae.)

Hoc opus diligenter emendatum impressum est Romae opera et impensa magistri Arnoldi de Villa die decimo Martii MCCCCLXXIII. Haec ultima notitia loci &c. in quibusdam exemplis desideratur. Char. lat. cum custodib. commatib. incurv. lin. 32. 4.

*Maitt. Ind. II. p. 348. Audiffr. p. 443. Denis Suppl. p. 43.*

164. NICOLAI PEROTTI Rudimenta grammatices. *In fine: In alma urbe Roma in domo nobilis viri Petri de Maximis, non atramento, plumali calamo, neque aereo stilo, sed artificiosa quadam adinventione imprimendi seu characterizandi opus sic effigiatum est ad dei laudem industrieque per magistrum Arnoldum Pannartz Alamanum anno salutis M.CCCC.LXXIII. die secunda mensis Decembris. Seden. Sixto Pont. Max. anno eius quarto. fol.*

*Maitt. p. 340. Audiffr. p. 168. Meerm. origin. typogr. II. p. 255. sq. Laire p. 201.*

165. BARTHOLOMEI CEPOLE Veronensis iuris utriusque doctoris et aduocati consistorialis ad. R. In xpo. patrem. do. dnm Hermolaum Barbarum Venetum sacri pontificii Ciuilisque iuris doctorem et ciuitatis Verone sanctissimum presulem. Libellus de contradiibus emptionum et locationum cum pacto de retrouendendo simulatis. *In fine: Explicit sollempnis tractatus de simulatione contractus editus per famosissimum utriusque iuris doctorem dnm Bartholomeum cepolla ueronens. impressusque Rome. Anno dni. MCCCC LXXIII. finitusque die prima mensis Septembris. Ann. die et loco ut supra. Char. lat. ignoti typogr. ap. S. Eustach. in domibus Ant. et Raph. de Vulterris. Char. rom. sine sign. cust. 3 pagg. num. foll. 26. fol. max.*

*Audiffr. p. 168. Seemiller I. p. 59. Denis Suppl. p. 35.*

166. BARTHOLOMEI CEPOLE Tractatus de imperatore militum deligendo. *In fronte fol. 1. a. Bartholomei cepolae Veronensis Juris utriusque doctoris et Aduocati Consistorialis Ad insignem equitem et clarissimum Jurisconsultum dominum Zachariam Triuisanum virum Patricium de Imperatore Militum deligendo Prohemium feliciter incipit. In fine: Explicit sollempnis Tractatus de re militari cum conclusionibus eiusdem in fine: additus (sic) editus per famosissimum utriusque iuris doctorem dominum Bartholomeum Cepolla Veronensem Impressusque Rome anno dni MCCCCI.XXIII. Regnante Sixto quarto pontifice maximo Pontificatus sui Anno quarto finitusque die ultima mensis Octobris anno die et loco ut supra. Char. rom. sine sign. cust. 3 pagg. num. foll. 26. foll. mai.*

*Seemiller I. p. 59. Denis Suppl. p. 35.*

167. GVILHELMI DVRANTI Speculum Juris cum Additionibus, III. constans Partibus. *In fronte Vol. primi: Incipit Speculum dni Guilhelmi durante. cum additionibus Johannis Andree. Et domini Baldi suo loco ubique positus &c.*

*Pauper eras Jurisque nequibus solvere nodos*

*Hoc Georgius opus mira tibi edidit arte*

*(in aliis exemplis legitur:)*

*Hoc Leonardus opus mira tibi tradidit arte*

*Ut possis minimo quidquid uis querere nummo.*

*In fine fol. 250. a. Finitur prima pars Speculi Guilhelmi durante. cum Additionibus Johannis Andree. et domini Baldi suo loco ubique posit. Rome impressa per uenerabiles Magistros Leonardum Pflugel et Georgium Lauer. adiuuante magne scientie uiro dno Johanne Aloisio Tuscano. Juris utriusque doctore. et aduocato Consistoriali. Sequitur fol. seq. Registr.*

*In fronte Vol. secundi: Incipit Pars Secunda Speculi &c.*

*In fine fol. 399. Explicit secundum uolumen speculi - impressum Rome per uenerabiles mgros Leonardum pfliegl et Georg. Lauer. adiuuante &c.*

*In fronte Voluminis tertii, quod libr. III. & IV. continet, praemissa Rubrica: Incipit tertia pars speculi &c. In fine: Explicit pars tertia Speculi - Rome impressa per uenerabilem magistrum Georgium Lauer de Herbipoli &c. Incipit Quarta Pars Speculi &c.*

*In fine fol. 376. b. Explicit quartum (sic) uolumen Speculatoris cum additionibus Jo. an. et dni Baldi in locis congruentibus incorporatis impressum Rome per uenerabilem magistrum Georgium Lauer de herbipoli: adiuuante - Dno Jo. Aloisio Tuscano de Mediolano - Anno M.CCCCLXXIII. die uero mercurii. XV. mensis martii Pontificatus S. in xpo patris et d. n. d. Sixti diuina prouidentia Pape quarti anno eius tertio. Fol. seq. Registr. Char. rom. sine sign. cust. & pagg. num. lin. 56. col. 2. fol. mai.*

*Editio secunda. Maitt. p. 334. Audiffr. p. 169. it. p. 442. Laire p. 204. Gesner p. 31. Gras p. 14. Bibl. Anspac.*

168. Repertorium aureum Magistri GUILHELMI DURANTI. *Haec in fronte. In fine:*  
Quae quidem Plura sunt sparsim tradita iura  
Hec nunc scriptura facili monstrat tibi cura.

*Repertorium aureum Dni Guilhelmi Duranti utriusque iuris Doctoris famosissimi impressum Rome anno salutis M.CCCCLXXIII. die uero XXVII. mensis Aprilis sedente Sixto III. Pontifice Maximo Pontificatus eiusdem an. tertio finit feliciter. Differt Char. a characteribus Ge. Laueri. fol.*

*Denis Suppl. p. 37. Audiffr. p. 170.*

169. DECRETALES GREGORII IX. cum Glossis edite cura et studio Alph. de Soto Archidiaconi Civitatenfis. *In fine: Praesens huius decretalium opus glosis cum ordinariis per uenerabilem uirum magistrum Georgium Lauer de Herbipoli Rome impressum. Anno dni. M.CCCC. LXXIII. die uero sabbati quinta mensis nouembris Pontificatus S. in Xpo pris et domini nri domini Sixti diuina prouidentia pape quarti Anno eius quarto finit feliciter. Subnexa est Alphonfi de Soto Epistola. Huic epistolae sequens subiicitur Epigramma:*

Legibus ut possis uitam describere sacris

Decretale tibi suscipe lector opus.

Vincere sic docuit spartam Jura (sic) licurgi.

Viuere et in casta religione deus.

*Registrum quinternionum. Char. mai. & min. sine sign. cust. & pagg. num. fol.*

*Audiffr. p. 36. Seemiller I. p. 57. Denis Suppl. p. 36. Laire Ind. I. p. 337.*

170. ANGELI DE VBALDIS DE PERUSIO Lectura autenticorum et de inventario. *Praecedit fol. 1. b. Praefatio Editoris. Fol. 2. a. Opus ac Lectura Autenticorum Prestantissimi doctoris domini Angeli de Vbaldis de perusio. Juris Cesarei ac Romani Interpretis optimi. Et primo collatio prima incipit feliciter. foll. 93. Sequitur tractatus de Inventario foll. 4. In fine: Lectura dni Angeli de Vbaldis de Perusio super Autenticis et super tractatu de inuentario p dnm Bar. (tolum) Bononie compilata. Impressaque s. scripta Rome apud S. Eustachium in domo minorum Antonii et Raphaelis de Vulterris scripto-*

rum apostolicorum Finiunt feliciter. Registrum. Char. rom. ping. sine sign. cust. & pagg. num. Cohaerent Tractatus sequentes eiusdem Officinae. fol. mai.

Seemiller I. p. 63. sq. Denis Suppl. p. 42.

171. NICOLAI DE VBALDIS DE PERVSIO Tractatus de successione ab intestato. Item: De canonica Episcoporum et Parochorum. Item: Tractatus de successione ab intestato Clericorum Regularium et Secularium. In fine: Solennis tractatus cum excellenti additione editus per R. P. ac clarissimum utriusque Juris doctorem dnum Nicolaum de Vbaldis de Perusio Sacri palatii apostolici caussarum Auditorem Explicit Impressusque Rome Anno Domini M.CCCCLXXIII. Regnante Sixto quarto Pontifice maximo Pontificatus sui Anno Quarto. Finitusque die XI. mensis Septembris. Char. eod. sine sign. cust. & pagg. num. fol. mai.

Seemiller I. p. 63. sq. Gras p. 15. Denis Suppl. p. 42.

172. THVRECHSIS Phisici: Tractatus: De: Cometis: Incipit. Haec litter. capit. in fronte fol. I. a. Opus in duas diuisum est partes. In prima agitur de Cometis &c. generatim. at Secunda: Pars: Est: Sermo: Particularis: De: Cometa: Apparente: Anno: Domini: M.CCCC.LXXII. Haec verba in fronte fol. 20. a. litter. capit. leguntur. In fine: Sit: Laus: Deo: Anno: Domini: M.CCCC.LXXIII. Hans: Aurl. Char. rom. sine sign. cust. & pagg. num. 4.

Maitt. p. 773. ubi Romae. An recte? nescio. Audiffr. p. 173. non vidit. Seemiller I. p. 63. Bibl. Heidegg. De Hans Aurl, non habeo, quae dicam.

173. C. SILII ITALICI Panicorum Libri XVII. Romae MCCCCLXXIII. fol.

Audiffr. p. 172. Denis Suppl. p. 41. Fabricii Bibl. lat. Ernest. II. p. 174.

174. Oratio in funere Reuerendissimi domini. dni Petri Cardinalis sancti Sixti habita a Reuerendo patre NICOLAO episcopo Modrusensi. Haec in fronte. In fine: Et Sic Est Finis. (Obiit Petrus Riarius Cardinalis S. Sixti d. 5. Januar. 1474.) Char. rom. rudiusc. foll. 10. 4.

Seemiller III. p. 188. Audiffr. p. 172.

175. AVL GELLII Noëtes Atticae. Romae 1474. fol.

Maitt. p. 338. Audiffr. p. 172. editionem hanc non admittit.

MCCCCLXXV.

176. FRANCISCI PHILELPHI Ad Jacobum Antonium Marcellum Patricium Venetum et Equitem auratum, de obitu Valerii filii Consolatio. In fine: Impressum Romae Kalendaris Ianuarii. M.CCCCLXXV. Char. perelegant. 4. mai.

Maitt. p. 354. Audiffr. p. 173. Cat. Bibl. Pinelli II. p. 245. Bibl. Goetting. Laire p. 226. ubi, officinae Jo. Phil. de Lignamine datur.

177. AENAE SYLVII Piccolominei Senens. Card. Historia Bohemica usque ad Georgium Poggiebracium. In fine: In presenti Historia certat rerum uarietas: ac magnitudo cum scribentis candore atque grauitate: Impressoribus magistris Jobanne Nicolai Hanbeymer de Oppenbeym et Jobanne Schurener de Bopardia. Rome Anno Jubilei et a Natiuitate Ihesu Christi. M.CCCC.LXXV. Die. X. mensis Ianuarii. Sedente Clementissimo Sixto papa IV. anno eius felici quarto, regnante inuiditissimo ac illustrissimo principe et domino

D. Fri-

*D. Friderico tertio romano imperatore semper augusto imperii eius anno vigesimo quarto. Sequitur figura unica capitis hominis mortui. Sine sign. cust. & pagg. num. fol. min.*

*Maitt. p. 347. Audiffr. p. 173. Laire p. 221. Rossi p. 58. Mitter. p. 359. Cat. Bibl. Pinelli II. p. 127. Laire Ind. I. p. 372.*

178. AENEAE SILVII Epistolae in Cardinalatū editae. *In fine: Praefens liber Epistolarum familiarium Enee Siluii Piccolominei qui et pius secundus fuit: in Cardinalatu editarum Impressus est Rome per Magistrum Johannem Schurener de Bopardia. Anno Jubilei et a Natiuitate dni MCCCCLXXV. Die. XIII. Mensis Julii. Sedente Clementissimo Sixto Papa Quarto Anno eius felici Quarto. fol. min.*

*Maitt. p. 353. Audiffr. p. 174. Laire p. 222. Rossi p. 75. Catal. Bibl. Pinelli II. p. 147. Bolong. Crev. III. b. p. 163. Zapf. Merkw. p. 59. Bibl. Heidegg.*

179. AENEAE SILVII Dialogorum libellus de quodam somnio suo ficto, non vero. *Praeit gemina Epistola ad Joh. Carvaial Cardinal. In fine: Praefens liber impressus est Rome per Magistrum Johannem Schurener de Bopardia. Anno Jubilei et a natiuitate dni MCCCCLXXV. Die XI. Mensis Septembris. Sedente Sixto Papa Quarto. Anno eius Quinto. foll. 53. fol. min.*

*Audiffr. p. 175. Denis Suppl. p. 55. Laire p. 222. Bolong. Crev. III. b. p. 163. Catal. Bibl. Pinell. III. p. 326.*

\* 180. Tractatus pulcherrimus ENEE SILVII sive Pii Pape II. de curialium miseria. *In fine: Pridie Kls Febra, anno salutis M.CCCC.XLII. ex Pruch. Libellus Enee Siluii de curialium miseriis finit anno salutis M.CCCC.LXXV. Cbar. rom. sine sign. 4.*

*Laire Ind. I. p. 372. n. 36. ubi Schur. de Bopardia datur. Cf. Audiffr. Supplement. p. 47. ubi Barthol. Guldinbeck vindicatur editio haec.*

181. M. FABII QUINTILIANI Declamationes tres (*Sunt: Gladiator. Sepulcrum incantatum. Gemini languentes*) *Praeit fol. 1. Epistola Domitii Calderini ad Anellum Arcamonum equit. Neapolit. In fine: He tres Declamationes Quintiliani Impresse sunt Rome per Magistrum Johannem Schurener de Bopardia. Domitius Calderinus Veronen. emendauit. Easque publice professus est Anno Jubilei et a natiuitate domini MCCCCLXXV. Die uero Lune penultima Mensis Octobris. Sedente Sixto Papa Quarto, anno eius Quinto. Sine sign. cust. & pagg. num. foll. 25. fol. min.*

*Audiffr. p. 175. Denis Suppl. p. 54.*

182. NICOLAI DE TVDESCHO Abbatis Siculi Lectura super quarto et quinto Decretalium. *In fine: Explicit Lectura domini Abbatis super quarto et quinto Decretalium. Impressa Romae per uenerabilem Magistrum Georgium Laur. de Herbioli adiuvante celebri utriusque iuris Doctore Domino Joanne Aloysio Tuscano de Mediolano Advocato Consistoriali Anno salutis MCCCCLXXV. Die uero Veneris vigesima octava Mensis Aprilis Pontificatus S. in xpo patris et Domini Sixti diuina prouidentia Papae quarti anno eius quarto. fol.*

*Maitt. p. 355. Audiffr. p. 176. Laire p. 220.*

183. JOHANNIS DE MILIS Repertorium Juris. *Praecedat Tabula locorum communium. foll. 2. In fine: Praefens repertorium Eximii utriusque iuris doctoris domini. N. de Milis Impressum Rome per uenerabilem virum magistrum Georgium Laur. de herbi-*

poli. Anno salutis MCCCCLXXV. die vero veneris XXIII. mensis Junii. Pontificatus sanctissimi in Xpo patris et domini nostri domini Sixti diuina prouidentia pape quarti Anno eius quarto Finit feliciter. Char. rom. sine sign. cust. 3 pagg. num. fol. mai.

Audiff. p. 176. Denis Suppl. p. 51. Freyt. adp. II. p. 1447.

184. ALB. TIBULLI Elegiae. In fine: Praefens opus Tibulli Albici Imprimi fecit G. Tibullus de Amidanis de Cremona. Rome anno Jubilei et a natiuitate Domini. M.CC.CC. LXXV. die Mercurii XVIII. mensis Iulii sedente clementissimo Sixto Papa quarto anno eius felici quarto. Sequitur Albii Tibulli Vita cum commentariis in eiusdem Elegias auctore Berardino (Bernardino) Cillenio Veronensi. Praeit Auctoris elegia ad Baptistam Ursinum aerarii Pontificii custodem et Urbis gymnasii vicerectorem. In fine huius Commentarii eadem plane subscriptio extat sed: anno quinto. Char. Ge. Laur, ut putatur. 4. min.

Editio tertia. Audiff. p. 177. Denis Suppl. p. 56. Lair p. 224. Rossi p. 71. Goetz I. p. 421. Catal. Bibl. Pinell. II. p. 384. Cl. Heyne p. XXXII.

185. DECISIONES NOVAE Rotae Romanae collectore Guilhelmo Horborch Alama- no. Praecedit foll. 9. Tabula Decisionum cum prologo Guil. Horborch fol. 9. b. in quo monet se collectioni suae finem imposuisse a. 1381. In fine: Praefens decisionum rote nouarum opus clarissimum impressum Rome per uenerabilem uirum magistrum Georgium Laur. de Herbipoli. Anno Jubilei MCCCCLXXV. die uero lune XXI. mensis Augusti. Pont. S. in christo patris et domini nostri domini Sixti diuina prouidentia pape quarti anno eius quarto finit feliciter. Registrum. Char. rom. sine sign. cust. 3 pagg. num. fol. mai.

Audiff. p. 178. Lengnich Neue Nachr. I. p. 117. sqq. Seemiller I. p. 75. Denis Suppl. p. 48. Fossi l. c. T. I. p. 805.

186. Incipiunt DECISIONES siue Conclusiones ANTIQVAE Dominorum de Rota. Haec in fronte fol. 1. a. In fine: Decisiones siue Conclusiones Antiquae R. P. et Dominorum Sacri palatii apostolici Auditorum ordinate secundum Rubricas decretalium et cum summariis suis. Impresse Rome per honorabilem Virum Magistrum Georgium Laur. de Herbipoli. Anno Jubilei. Millesimo. CCCC.LXXV. die uero lune XXIII. Mensis Octobris. Pontificatus S. in Cristo patris Sixti diuina prouidentia pape quarti Anno eius quinto finiunt feliciter. Registrum Quinternionum. Sequuntur foll. 8½. Summaria decisionum Antiquarum Rote. Char. eod. sine sign. cust. 3 pagg. num. fol. mai.

Audiff. p. 178. Lengnich l. c. p. 122. sq. Seemiller ibid. Denis Suppl. p. 48.

187. DECISIONES siue Conclusiones recollectae per D. Thomam Fastoli. Praecedit Johannis Aloisii Tuscani de Mediolano epistola prolixa ad editorem Johannem Franciscum de Pauinis de padua cum summariis foll. 10½. In fine: Decisiones siue conclusiones - recollectae per R. P. et dominum thomam fastoli eiusdem sacri palatii tunc auditorem Impresse Rome per honorabilem uirum magistrum georgium Laur de herbipoli Anno iubilei M.CCCC.LXXV. die uero Iouis. XVIII. mensis Octobris. Pontificatus - Sixti - quarti Anno eius V. finiunt feliciter. Char. eod. foll. 12. fol. mai.

Audiff. p. 179. Lengnich. l. c. fol. 123. sqq. Denis Suppl. p. 48. Fossi l. c. T. I. p. 662.

188. DECISIONES siue Conclusiones per Bernardum de Bisgneto recollectae. In fine: Conclusiones siue decisiones per eundem dnum Bernhardum de bisgneto recollectae:



**de:** et per Johannem de Molendino - Rectorem parochialis ecclesie in Lemmesel rigens. diocesis scripte de Anno dni. M. CCCLXXVII. pontificatus dni Gregorii pape. XI. anno eius septimo. *Impresse Rome per uenerabilem uirum magistrum Georgium Laur de herbipoli. Anno iubilei. M. CCCC. LXXV. die uero lune. XX. nouembris. pontificatus - Sixti diuina providentia pape quarti. Anno eius V. finiunt feliciter. Char. eod. foll. 56. fol. mai. Audiffr. p. 179. Lengnich. l. c. p. 130. Denis Suppl. p. 48. Fossi l. c. T. I. p. 662.*

189. GLOSSAE GVILLELMI DE MONTE LAVDVNO in tres Extrauagantes Joannis XXII. cum quibusdam additionibus D. J. Franc. de Pavinis. *Impressum Romae per Georg. Laur. Herbipol. Anno iubilei MCCCCLXXV. fol. Audiffr. p. 181. Denis Suppl. p. 51.*

190. Tractatus uisitacionum Reuerendi patris domini JOHANNIS FRANCISCI DE PAVINIS Juris utriusque et sacre theologie doctoris et causarum sacri palacii apostolici auditoris. *Adhaerent Sex Extravagantes BONIFACII VIII. et tres JOHANNIS XXII. cum commentis. In fine: Expliciunt tractatus uisitacionum cum commento extrauagantis uas electionis benedicti XII. utiliter editus per R. p. dominum Johannem franciscum de pauinis - qui intitulatur pastoralis. ac etiam sex extrauagantes bonifacii octaui cum commento Jo. mo. cardinalis. Item tres extrauagantes Joannis XXII. cum commento domini guilhelmi de monte lauduno cum quibusdam additionibus prefati domini Johannis francisci. Impressus Rome anno iubilei M. CCCC. LXXV. per uenerabilem uirum Georgium Laur herbipolen. pro salute cleri et populi christiani. Et ad laudem omnipotentis dei gloriosissime uirginis marie totiusque celestis curie triumphantis quibus se humiliter commendant. Registr. chartar. Char. rom. sine sign. cust. 3 pagg. num. foll. 104. Adhaerent constitutiones variae Bonifacii VIII. Benedicti XI. Clementis V. Joannis XXII. et Clementis VI. foll. 18. fol.*

*Audiffr. p. 465. Cl. Lengnich. N. Nachr. I. p. 111. sqq. ubi uberior notitia. Denis Suppl. p. 53.*

191. L. ANNAEI SENECAE Epistolarum ad Lucilium libri XXV. *Praecedunt foll. 8. Breue elogium Senecae cui Prologi titulus praefixus est. Epistolae Pauli ad Senecam et Senecae ad Paulum. Epitaphium Senecae: Cura, labor meritum &c. Rubricae XXV. librorum epistolarum Senecae. In fine: Praefens haec Epistolarum Senecae ad Lucilium impressio In alma urbe Roma. in domo nobilis uiri Petri de maximis non atramento: plumali calamo. neque stilo aereo: sed artificiosa quadam adinventione imprimendi seu characterizandi: opus sic effigiatum est ad dei laudem industrieque per magistrum Arnoldum panartz. Almanum est consummatum. Anno salutis. M. CCCC. i. XXV. Die uero Prima Mensis Februarii: Seden. Sixto Pont. max. Anno eius quarto. Char. rom. minut. sine sign. cust. 3 pagg. num. fol. min.*

*Editio Epistolarum princeps. Maitt. p. 353. Audiffr. p. 181. Laire p. 213. de la Vall. II. p. 748. Deltophil. II. p. 74. Laire Ind. I. p. 374.*

192. HERODOTI Halicarnassei Historiarum libri XI. Latine ex interpretatione Laur. Valle. *Praecedit foll. 23. Tabula quae memorabilia demonstrat, quae in unoquoque libro ab Herodoto narrantur. Titulus indici primi libri praepositus est: Herodotus primo libro: quem Clius nomine inscribit: haec et huiusmodi refert memorabilia. numero supra*

supra septuaginta. *Sequitur* opus ipsum praefixo titulo: Herodoti historici Incipit. Laurentii Vall. conversio de Graeco in Latinum. *In fine*: Finit Liber Nonus Herodoti qui inscribitur Caliope foeliciter. FINIS.

Miraris: cum fuerim scriptor ionicus: unde est

Quod nunc Romanus perlegor Herodotus.

Magna quidem merito referenda est gratia Vallae

Ille meam pulchre transtulit historiam.

Res igitur priscas: memorandaque facta virorum

Qui cupit ex uno noscere. nostra legat.

Nam ne defuerint nostra exemplaria Rome

Arnoldi artifices consulere manus

In quibus Andreas Aleriensis Episcopus olim:

Extremam imposuit nec sine laude limam.

*Impressus Rome: In domo nobilis viri Petri de Maximis. Anno Salutis. M.CCCC.LXXV. Die XX. mensis Aprilis. Seden. Sixto III. Pon. Max. Anno eius Quarto. DEO LAUS: Sequitur Registrum. Char. rom. sine sign. cust. & pagg. num. foll. 245. fol.*

*Maitt. p. 348. Audiffr. p. 182. Laire p. 216. Catal. Bibl. Pinelli II. p. 39. Rossi p. 62. Askew p. 71. Bibl. Christ. II. p. 386. Bibl. Goetting. Laire Ind. I. p. 364. Fossi l. c. T. I. p. 769.*

193. LAURENTII VALLAE de Elegantia Linguae Latinae Libri VI. Fol. r. b. Laurentii Valle viri disertissimi de Romani sermonis elegantia: Liber primus. *Tum immediate incipit index argumentorum capitum qui fol. 8. b. terminatur. Fol. 9. a. incipit Laurentii Vallae Viri Dissertissimi De Romani Sermonis Elegantia Liber Primus. In fine: Laurentii Vallae viri eruditissimi et oratoris clarissimi de Elegantia linguae latinae liber sextus et ultimus diligenti emendatione finitus ab incarnatione domini Anno. M.CCCC.LXXV. Die vero secunda mensis Julii: seden. Sixto. III. Pon. Max. Anno eius quarto. Hos vero libros impressit Clarus: ac diligentissimus artifex Arnoldus Pannartz Natione Germanus in domo nobilis viri Petri de maximis civis Romani. Tu qui latine loqui cupis: hos tibi eme libros in quibus legendis si curam studiumque adhibueris: breui te haud parum profecisse intelliges. Accedit Registrum. Char. rom. sine sign. cust. & pagg. num. fol.*

*Maitt. p. 354. Audiffr. p. 183. Laire p. 217. Rossi p. 75. Seemiller I. p. 78.*

194. STATII PAPIINII Sylvarum Libri V. ex emendatione et cum Commentar. Domitii Calderini. *Quibus accedunt* aliquae aliae eiusdem Calderini lucubrationes *Fol. I. a. indicantur*, quae in hoc volumine continentur. *hoc modo: επωπιδων HOC VOLUMINE DOMITIVS INSERVIT: Sylvarum Statii Papinii libros quinque a se emendatos: Commentarios: quos in Sylvas composuit. Commentariolos in Sappho Ovidii quos edidit. Propertii loca obscuriora a se elucubrata. Particulam ex tertio libro suarum obseruationum: ubi nonnulla explicata sunt: quae ad linguae latinae rationem magnopere pertinent: Totum opus quanti laboris fuerit ex rebus quas in eo reperies: facile cognoscas. Fol. sq. a. incipit Epistola Calderini ad Augustinum Maseum. Hanc excipit Calderini carmen versum 25. ad Statium. Tandem Statius ipse incipit cum perpetuo Calderini commentario:*

*In fine: Domitii Calderini Veronensis Secretarii Apostolici. Sylvarum Recognitionis Et Interpretatio: Quanti Laboris Fuerit Opus Vigiliarumque Bonorum Judicium Esto: Virtuti Datum. Et Posteritati Romae K. Sextilibus. MCCCCLXXV. Sequuntur reliquae Calderini Lucubrationes. In fine:*

Domitius ad lectorem.

Sic mihi perpetue contingant murmura laudis

Et bona post funus hora superstes eat &c.

*Tandem litter. maiusculis: Impressit. Romae Ad Aedes Maximorum. Arnoldus Pannartz. E Germania Idib. Sextilib. Anno A Natali Christiano. MCCCCLXXV. Xysto. Pont. Max. Registr. folior. fol. min.*

*Maitt. p. 349. Audiffr. p. 183. Rossi p. 71. Catal. Bibl. Pinelli II. p. 375. Menk. I. p. 185. Goetz III. p. 282. Editionem omnium Statii operum h. a. uide infra n. 228.*

195. S. THOMAE AQVINATIS de veritate catholicae fidei contra errores gentilium Libri IV. ex recognitione Joann. Francisci Veneti Ord. Praedic. Praecedit Jo. Francisci Veneti Epistola ad Marcum Barbum Cardin. Excipit illam tabula argumentorum capitum quatuor libror. foll. 6. *In fine: Impressit Clarus Ac Diligentiss. Artifex Arnoldus Pannartz Nacione Germanus In Domo Viri Nobilis Petri de Max. Civis Romani. Anno Incarnati Verbi. MCCCCLXXV. Die Vero XX. Septen. (sic) Seden. Sixto III. Pont. Max. Anno Eius V. Registr. folior. Char. minut. fol.*

*Denis Suppl. p. 56. Audiffr. p. 186. Laire p. 214. Rossi p. 48. Laire Ind. I. p. 376. Bibl. Anspac. Bibl. Heidegg.*

196. HIEROCLIS Philosophi Stoici in aureos versus Pythagorae opusculum latine ex vers. Jo. Aurispae. Praecedit Epistola Joh. Aurispae ad Nicolaum V. quae terminatur fol. 2. b. Fol. 3. a. Hieroclis Philosophi Stoici Et Sanctissimi In Aureos Versus Pythagorae Opusculum Praestantissimum Et Religioni Christianae Consentaneum Incipit. *In fine: Hieroclis - opusculum - hic feliciter completum est ac per ingeniosum virum Arnoldum Pannartz. Rome impressum in domo clari civis Petri de Max. Anno incarnati Verbi. M.CCCC.LXXV. Die. XXI. Sept. sedente Sixto III. anno eius V. Registr. folior. Char. grand. 4. min.*

*Maitt. p. 346. Audiffr. p. 187. Laire p. 217. Soubise p. 174. Laire Ind. I. p. 364.*

197. EX libris Historiarum C. CRISPI SALLUSTII Orationes et epistolae. Sunt Orationes V. & Epistolae III. titulis littera quadrata inscriptis. *In fine: Impressus Rome: In domo nobilis viri Petri de Maximis Per M. Arnoldum pannartz alamanum Anno Salutis M.CCCC.LXXV. Die. XXV. mensis septembris. Sedente Sixto III. Pont. Max. Anno eius Quinto. Deo Laus. Char. grand. foll. 32. 4. min.*

*Audiffr. p. 188. Denis Suppl. p. 54. Crevenna V. p. 146. Catal. Bibl. Pinell. II. p. 94.*

198. FLAVII JOSEPHI Historiarum de bello Judaico Libri VII. *In fine litter. quadratis: Impressit Clarus Ac Diligentiss. Artifex Arnoldus Pannartz Nacione Germanus In Domo Viri Nobilis Petri De Max. Civis Romani. Anno Incarnati Verbi. M.CCCC.LXXV. Die Vero. XXV. Novem. Seden. Sixto III. Pont. Max. Anno. eius V. PLATYNA EMENDAVIT. Registr. folior. fol.*

*Maitt. p. 347. Audiffr. p. 188. Roloff I. p. 71.*

199. MISSALE secundum consuetudinem Curiae Romanae. *Ultimo folio recto legitur: Sacrum sanctumque hoc opus ad honorem et gloriam omnipotentis Dei: ac domini nostri iesu christi. magni et excellentis ingenii Udalricus gallus. alias Han Alamanus: ex ingelstat. ciuis wienens: non calamo: ereoue stilo: sed nouo artis ac solerti industrie genere Rome conflatum impressumque. Necnon a fratribus Sacriconuentus areceli recte ac fideliter emendatum. Anno incarnationis dominice MCCCCLXXV. XI. kls Maii. Sedente Sixto diuina prouidentia: papa. III. posteris reliquit. Char. goth. mai. sine sign. cust. 3 pagg. num. fol.*

*Audiffr. p. 189. Denis Suppl. p. 51. Laire p. 218. Uno mense posterius est hoc Missale Zarothiano. Vide supra p. 21. n. 46.*

200. JUSTINIANI Imperatoris Institutionum libri cum glossis. *In fine: Praefens harum institutionum preclarum opus. Alma in urbe Roma. totius mundi regina et dignissima Imperatrice. que sicut pre ceteris urbibus dignitate preest. ita ingeniosis uiris est referta non atramento. plumali calamo. neque stilo ereo. sed artificiosa quadam adinventione imprimendi. seu caracterizandi sic effigiatum. ad Dei laudem industrieque est consummatum per Udalricum Gallum Alamanum. alias Han ex Ingelstat. Ciuem Wiener. Et correctum tam in textu quam in glo. per eximium et preclarum iuris utriusque doctorem dnm Carolum de Alexandris de Perusio. Anno domini. M.CCCCLXXV. XVIII. kl. Augusti. Sedente Sixto. III. Pontifice maximo. Char. in text. goth. in gloss. rom. sine sign. cust. 3 pagg. num. fol. mai.*

*Maitt. p. 346. Audiffr. p. 190. Laire p. 219. Schwarz. II. p. 157. Bibl. Goetting.*

201. OFFICIUM Visitationis B. V. M. cum octava. *BULLA Sixti IV. idem offic. approbans data Kal. Januarii an. IV. Oratio eiusdem Pont. quam habuit in Ecclesia S. Mariae de Populo in die Visitationis B. M. V. inter Missarum solemnias immediate finita Oratione Dominica anno Domini 1475. Romae per Udalricum Gallum Alamanum. 4.*

*Audiffr. p. 191. Denis Suppl. p. 52.*

202. Oratio in funere illustris dni leonhardi de robore Alme urbis prefeti ducis archie ac regni Sycilie Magni comestabilis &c. habita a Reuerendo P. D. FRANCISCO EPISCOP. CAVRIEN. ac S. d. n. pape Datario. *Char. Udalr. Galli. foll. 4. l. 28. 4.*

*Audiffr. p. 191. ubi et alia Char. Windel. de Wila. foll. 3 1/2. lin. 32. excitatur. Extat etiam editio Char. Guldenbeckii foll. 4. lin. 28. in Bibl. Cl. Schelhornii.*

203. ALBERTI DE EYB Margarita Poetica cum eiusdem Epistola dedicator. ad Johannem Episcopum Monasteriensem. *Praecedunt duo indices, alter rubricarum, siue titulorum utriusque partis; alter alphabeticus materiarum foll. 17. In fine: Summa Oratorum omnium: Poetarum: ac Philosophorum (sic) autoritates in unum collecte per clarissimum virum Albertum de Eib utriusque iuris doctorem eximium que margarita poetica dicitur: feliciter finem adepta est per ingeniosum uirum magistrum Udalricum Gallum alias Han Alamanum ex Ingelstat ciuem wiennensem: non calamo. ereoue stilo: Sed noue artis ac solerti industrie genere Rome impressa Anno Incarnationis dominice MCCCCLXXV. die uero XX. mensis decembris: Anno Jubilei. Sedente Sixto diuina prouidentia papa III. pontifice maximo. Registr. folior. fol.*

*Maitt. p. 350. Audiffr. p. 192. Laire p. 219. de la Vall. II. p. 23. Clement. VIII. p. 197.*

204. BENEDICTI DE NURSIA opus ad sanitatis conservationem. *In fine: Rome in domo nobilis viri Johannis Philippi de Lignamine Messan. S. D. N. familiaris hic libellus impressus est. Anno dni. MCCCCLXXV. Die XIII. Mensis Januarii. Pont. Sixti III. Anno eius quarto. (Duplex huius operis existat Romae in Biblioth. Casanatensi exemplum; alterum sine editoris praefatione, cum titulo in fronte: Pulcherrimum et utilissimum opus ad sanitatis conservationem. editum ab eximio artium et medicine professo magistro Benedicto de Nursia - ad Sanctissimum in xpo patrem et dnum nrm dnm. N. diuina prouidentia summum pontificem Incipit feliciter; alterum, cui subiunctus est tract. P. de Abano de remediis venenorum, quodque in principio gerit epistolam dedicatorem J. P. de Lignamine ad Sixtum IV. in qua de utroque opere (Benedicti Nursini de Natura rerum et valetudine conservanda & P. de Apono de venenis) loquitur. Utrique specialis praeposita est tabula; et utrique in fine adiectum est registrum.) 4. min. Maitt. p. 357. Audiffr. p. 193. Rossi p. 55. De Natura rerum.*

205. PETRI DE ABANO Tractatus de Remediis venenorum. *In fine: Rome in domo nobilis viri Johannis Philippi de Lignamine - hic tractatus impressus est. Anno MCCCCLXXV. Die XXVII. Mensis Januarii Pont. Sixti III. Anno eius quarto. 4. min. Audiffr. p. 193. Denis Suppl. p. 43. Laire p. 225.*

206. OMNIBONI LEONICENI de octo partibus orationis liber cum eiusdem epistola ad Federicum de Gonzaga Mantuae principem. *In fine: Romae in domo nobilis viri Johannis Philippi de Lignamine Messanen. S. D. N. familiaris. Impressus est Anno Dni MCCCCLXXV. Die ultima mensis Marcii Pont. Sixti IV. anno quarto. Accedit Opusculum de Arte metrica. Registr. chartar. 4. Maitt. p. 355. Audiffr. p. 193. Laire p. 225. Rossi p. 74. Catal. Bibl. Pinelli III. p. 261.*

207. NICOLAI PEROTTI ad Pirrum Perottum Nepotem ex fratre suauissimum Rudimenta Grammatices. *Praecedat Praefatio Joh. Phil. de Lignamine ad ingenuos adolescentes. In fine: Rome in domo Nobilis viri Joannis philippi de Lignamine Messanen. S. D. N. familiaris: hic libellus Impressus est. Anno dni MCCCCLXXV. Die vicesimanona mensis Maii. Pont. Sixti III. anno quarto. Registrum huius libri. fol. min. Audiffr. p. 194. Denis Suppl. p. 53. Laire p. 227.*

208. FR. PHILIPPI DE BARBERIIS Ord. Praedic. ad venerandum virum Johannem Alphonsum Divorum Canonum Bachalarium, Virorum illustrium Chronica. MCCCCLXXV. *(Romae char. Joh. Phil. de Lignamine.) 4. Maitt. p. 357. Audiffr. p. 195. Editio dubia.*

209. S. GREGORII Papae Opus Moralium. *Praecedat praef. breu. Dominici Episc. Brixienensis cum sequenti inscriptione: Reuerendissimus dominus dominicus episcopus Brixien summi pontificis Sixti vicarius hanc praefationem moralibus beati Gregorii pape inseruit. Excipit illam: Registrum breue et utile omnium punctorum tactorum in moralibus beati Gregorii pape secundum ordinem alphabeti inferius annotatum foll. 20. In fine: Expletum est opus istud Moralium beati gregorii pape. impressum Rome apud sanctum Marcum. Anno a natiuitate domini et eodem iubileo millesimo quadringentesimo-septuagesimoquinto die quinta Mensis septembr. Sedente Sixto III. anno quinto. Char. gotb. mai Sim. de Luca, ut putatur, sine sign. cust. 3 pagg. num. foll. 357. fol. mai.*

*Maitt. p. 351. Audiffr. p. 195. Laire p. 221. de la Vall. I. p. 182. Pinelli I. p. 97. Fossi l. c. T. I. p. 748. Meusel. Magaz. III. p. 109. ubi Vito Puecher, argumentis non levibus adscribitur.*

210. GRATIANI DECRETVM seu Concordantiae Canonum discordantium. Romae per Simon. Nicol. de Luca MCCCCLXXV. fol.

*Maitt. p. 355. et post illum Audiffr. p. 196.*

211. PETRI DE ANCHARANO Repetitio super Capite Canonum Statuta de Constitutionibus; accedunt Repetitiones aliae. In fine: *Finis huius liberi (sic) die uero ueneris tercia mensis februarii MCCCCLXXV. LAUS DEO. (Typus romanus Reynardi de Enyngen) fol. mai.*

*Audiffr. p. 197. Denis Suppl. p. 43. Laire p. 228.*

212. Tractatus Seruitutum rusticorum prediorum BARTHOLOMEI CEPOLLA Veronen. utriusque iuris doctoris famosissimi. Incipit saluberrime. *Haec in fronte. In fine: Absolutus Rusticorum prediorum Seruitutum Tractatus Domini Bartholomei Cepolla. Veronen. utriusque iuris monarcha (sic) Rome a iohanne Reynard de Enyngen artt. magistro impressus dominio Sixti. IIII. Pontt. max. eminente extitit. Foeliciter. MCCCCLXXV. Sequitur Tractatus de Seruitutibus urbanorum praediorum. In fine: Extitit Urbanorum prediorum Seruitutum Tractatus Domini BARTHOLOMEI CEPOLLA Veronen. Qui ciuilis sed nedum pontificii iuris professor Scientiarum. Rome Regnante Sixto IV. Pont. max. in eiusd. quoque Jubileo. a Jobanne Reynbard de Enyngen. Constan. Impressus. iuncto Paulo leenen. Leodien. huic consodal. Foeliciter Absolutus A. D. M.CCCC.LXXV. Sub kal. uero Septembris. fol.*

*Audiffr. p. 197. Denis Suppl. p. 46. sqq.*

213. ARISTOTELIS Problemata latine ex interpr. Th. Gazae. Praecedit Praefatio Nicolai Gupalatini Physici Veneti ad Sixt. IV. P. M. In fine: Expliciunt Aristotelis Problemata. Rome impressa per Jobannem Reynardum de Enyngen Que Theodorus Gazae. Tessalonicensis. olim e greco in latinum convertit. Eaque nuper ultima emendatione Emendauit. Sub Sixto. IIII. Pon. Max. Absoluta sunt. A. M.CCCC.LXXV. XIII. calend. Junii. Foeliciter. LAUS DEO. 4. mai.

*Maitt. p. 353. Audiffr. p. 198. Laire p. 222. Pinelli I. p. 217. Laire Ind. I. p. 350.*

214. POMPEI FESTI Collectanea priscorum uerborum. Praemittitur Epistola editoris Manilii Romani ad Pompon. Laetum. In fine: Collectanea Arrogantissimi Pompei Festi. Priscisque uerbis promulgata. a Jobanne Reynard de Enyngen. Constantien. Impressa Rome Sub Sixto IIII. Pontt. (sic) Maxi. Anno sed (sic) nedum salutis eiusdem. Absoluta saluberrime extiterant. A. D. M.CCCC.LXXV. Calend. uero Octobr. fol. min.

*Maitt. p. 354. Audiffr. p. 198. Laire p. 223. de la Vall. II. p. 8. Bolongaro - Crev. III. p. 24.*

215. FRANCISCI ARETINI in PHALARIDIS tirani agrigentini epistolas ad illustrem principem Malatestam Nouellum de Malatestis PROHEMIVM. Haec in fronte. In fine: Phalaridis Tyranni Agrigentini Epistole ad illustrem principem Malatestam. Per Franciscum Aretinum translate. Foeliciter Absolute sunt. A. M.CCCC.LXXV. Registrum Char. Job. Reynardi, Romae. 8.

*Audiffr. p. 493. de la Vall. II. p. 746. Catal. Bibl. Pinell. II. p. 214. Denis Suppl. p. 53.*

216. JOHANNIS DE TURRECREMATA Tractatus de Aqua benedicta. *In fine: Finitus et perfectus est praesens iste tractatus per Venerabilem Virum Magistrum Bartholomaeum Guldinbeck de Sultz. Anno Jubilei. M.CCCC.LXXV. die vero Mercurii penultimo Augusti, regnante Sixto IV. Pont. Max. anno. eius V. Char. lat. foll. 18. 4.*

*Denis Suppl. p. 56. Audiifr. p. 199. Laire p. 227. Eiusd. Ind. I. p. 198.*

217. De Infantulo (Simone) in civitate Tridentina per Judaeos rapto atque in vilipendium Christianae religionis post multas maximasque trucidationes Anno Jubileo (1475.) die Parasceue crudelissime necato ac deinde in flumen cadauere dimerso Hystoria feliciter incipit. *In fine: Hystoria haec elegantissima impressa fuit in alma urbe Roma apud Columpnam Antonini per honorabilem virum Bartholomeum Guldinbeck de Sultz Anno quo supra (1475.) die vero martis XXIII. Julii. 4.*

*Denis Suppl. p. 49. Bolong. Crev. IV. p. 61. Audiifr. Suppl. p. 47. Delenda est editio anni 1481. quam excitat Audiifr. p. 245.*

218. BARTHOLOMAEI DE SAXOFERRATO Tractatus Procuratoris editus sub nomine dyaboli, quando peccit iustitiam coram Deo, et beata virgo Maria se opposuit contra ipsum: et obtinuit nec non obmutuit pugna contra genus humanum. *In fine: Finitus et impressus est praesens tractatus per Magistrum Bartholomaeum Guldinbeck de Sultz anno iubilei 1475. die vero lune videlicet XI. Septem. 4.*

*Denis Suppl. p. 40. ex Pray II. p. 237. cum eod. die mensis ad ann. 1474. Id. p. 45. post Audiifr. p. 199. ad ann. 1475. refert. Aut hanc, aut illam apocrypham esse, puto.*

219. LAUDIVIVS. Eques. Hierosolymitanus Ad Francinum Beltrandum Barchinonensem. De vita beati Hieronymi. *In fine: Finis vite Hieronymi per Laudivium equitem hierosolymitanum edite. millesimo quadringentesimo. septuagesimo. quinto. die vicesima secunda nouembris. in alma urbe roma. Char. rom. Ulr. Han. 4.*

*Audiifr. p. 200. Denis Suppl. p. 50.*

220. AESOPi Fabulae (LX) de graeco in latinum (anonymo vetere interprete) traductae carmine elego. *Post breuem Aesopi vitam et interpretis praefatiunculam, quae incipit: Ut iuuet et profit &c. sequitur operis titulus sic: Phrygii philosophi Aesopi moralitas de greco in latinum traducta. Incipit. In fine: Libellus Aesopi Fabulatoris maximi per me Vuendellinum de uilla in artibus Magistri Romeque impressus Finit feliciter. Anno Salutis MCCCCLXXV. Die uero Sexta Julii. Sequitur Epitaphium:*

*Aesopo Phrygio Philosopho Pomphilius.*

*Hoc iacet in tumulo phrygiisque natus in oris*

*Aesopus magne mortalitatis honos &c. foll. 20. 4.*

*Audiifr. p. 200. Denis Suppl. p. 43.*

221. AENEAE SYLVII qui postea Pius papa II. fuit Tractatulus de duobus se inuicem diligentibus. *Romae per Vuendellinum de Willa 1475. 4.*

*Audiifr. p. 201. Denis Suppl. p. 55.*

222. NICOLAI PEROTTI Rudimenta Grammatices. *In fine: Regule grammaticales reuerendissimi Patris et Domini Nicolai Perotti Archiepiscopi Sypontini Viri doctissimi atque eloquentissimi absolute sunt feliciter. Rome quoque impressa per me Vuendellinum*

de Vuilla in artibus magistrum duodecimo kalendas Octobrias: anno salutis millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto. fol.

*Audiffr. p. 201. Denis Suppl. p. 53. Gaign. p. 365. Lair p. 223.*

223. DIGESTVM Infortiatum cum glossa. *Advoc. Consistorii Coronatus de Planca* editionem potissimum procurasse in Praef. dicitur. Iniunxerunt hoc onus quibusdam germanis uiris in hac imprimendi facultate expertissimis - uidelicet Vito Puecher, ut patebit ex editione *Digesti Novi* anni sequentis. In fine fol. 356. b.

*Idibus exactum est opus hoc aprilibus Urbe  
Roma, quo princeps tempore Sixtus erat  
Christus olympiadas demptis iam quinque trecentas  
Viderat aetherno de genitore satus.*

*Volvebas dubio mendosa volumina textu,  
Plurima que in toto codice menda fuit  
Nunc impressa patent ciuilia candide iura  
Lector, ut auctores composuere sui.*

*Quare ne dubitae (sic) parvo tibi pendere magnae  
Emita fuit pretio charta minori nihil.*

*Sequuntur foll. 2. Rubricae & inchoationes quinternorum secundum ordinem. Char. goth.  
& rom. sine sign. cust. & pagg. num. fol.*

*Denis Suppl. p. 49. Audiffr. p. 201. Helmschrott p. 26. sq.*

224. *Traetatus* seruitutum urbanorum prediorum dni BARTHOLOMEI CEPOLLA Veronens. utriusque iuris doctoris famosissimi. Incipit feliciter. Praecedit Tabula material. fol. 4. In fine: *Explicit* *Traetatus* de seruitutibus urbanorum prediorum Excellentissimi utriusque iuris doctoris domini Bartholomei Cepolla Veronens. *Impressus* Rome apud sanctum Marcum Anno a Natiuitate et eodem Jubileo MCCCCLXXV. die Nona Mensis Septembris. Sedente Sixto Quarto Pontifice Maximo. Pontificatus sui Anno Quinto. Sequitur eod. char. sed charta diuersa Eiusdem *Traetatus* seruitutum rusticorum prediorum. Praecedit Tabula fol. 5. In fine: *Traetatus* de Seruitutibus rusticorum prediorum domini Bartholomei Cepolla. finit feliciter. fol. mai.

*Audiffr. p. 466. Seemiller I. p. 66. Denis Suppl. p. 47.*

